



**Doctissimi viri Nicolai Sanderi, De origine ac progressu
Schismatis Anglicani, Liber. : Continens historiam maxime?
Ecclesiasticam, annorum circiter sexaginta, lectu
dignissimam: nimirum, ab anno 21. regni Henrici 8, quo
primum cogitare cœpit de repudianda legitima vxore
serenissima Catherina, vsque ad hunc vigesimum septimum
Elizabethæ, quæ vltima est eiusdem Henrici soboles.**

<https://hdl.handle.net/1874/416817>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

RARIORA

Theologia
Octavo n°. 200.












Theologia

Octavo n°. 200.







N. 3. A.

DOCTISSIMI
VIRI NICOLAI SANDERI,
DE ORIGINE AC PRO-
gressu Schismatis Anglicani,
Liber.

Continens historiam maximè Ecclesiasticam, annorum circiter sexaginta, lectu dignissimam: nimis rursum ab anno 21. regni HENRICI 8. quo primum cogitare caput de repudianda legitima uxore serenissima CATHERINA, usque ad hunc vigesimum septimum ELIZABETHÆ, quæ ultima est eiusdem Henrici soboles.

Editus & auctus per Edouardum Rishtonum.

Precipua capita totius operis post prefationem authoris continentur.

Ex dono Buchely.

Coloniæ Agrippinæ, Anno Domini 1585.

1585.



EDOVARDVS
RISHTONVS BE-
NEVOLO LECTORI,
DE OCCASIONE ET
causis huius editionis.

* *



V M nuper ex Anglicano carcere in *Vide folio 198*
exilium emissus in Gallias peruen-
nissim, intellexi sermone multorum
D. Nicolai Saaderi Doctissimi
viri opera, propter egregiam quam *Opera Sā-*
apud doctos habent existimationem,
deri.

Typographis vndeque conquiri ad praelum, maxime
verò ea qua nondum impressa, sed ab illo sancto viro
immatura morte erepta, vel apud amicos deposita, vel in
adversarijs relicta fuissent. Ex quibus audiebam li-
bros septem insignes de Iustificatione iam esse. Treuiris
sub prælo, alios nonnullos eiusdem authoris queri, sed
precipue opus quoddam excellens de initio & progressu
Anglicani schismatis, cuius exemplaria nonnulla (licet
paucissim) extabant manucripta, tūm in Italia, tūm
etiam in Hispania, ubi opus absoluīt, historia rerum ad
sua tempora deducta.

EPISTOLA DE CAVSIS

Cum autem Sanderus ex illo ingenti animarum rculo
quam habebat, ex Hispanis in Hiberniam ad afflictos
Catholicos, qui arma pro religione sumpserant consolan-
dos concessisset (quo etiam in opere non ita multo post,
ex continuis laboribus, media, aeris locique intem-
perie, verum necessariarum inopia, ceterisque difficul-
tibus ac angustijs animam sanctam Creatori suo red-
didiit) reliquit hoc opus De Schismate Anglicano in
tres libros diuinum, sed nondum plane perfectum ac
prout voluerat perpolitum, eo quod alii occupationibus
ac etiam scriptioribus perpetuo ferè distincretur. Re-
deunti vero mibi superiori anno ex Anglia, cum Par-
sijs obtulisset se, amicus quidam meus per antiquus, D.

Mors San-
deri in Hi-
bernian. an.
1581.

D. Iodo-
cus Skarn-
hert.

Iodocus Skarnhert Coloniensis, quem & Romæ
cognoueram, & sapè cum eo de huiusmodi libris contu-
leryam (eramus enim uterque in rebus quæ ad histori-
as pertinent, non indiligentes) cepit a me summoperè
contendere, ut horum D. Sanderi librorum copiam ei
faceret. sciebat enim me libros legisse, & exemplar ali-
quod apud me extare credebat. Dicebatque me eo facto
non solum ipsi & Bibliopolæ amico suo plurimum gra-
tificaturum, verum etiam uniuerso orbi christiano non
parum profuturum, qui ex eiusmodi historia de schis-
maticorum ac hereticorum gestis (audierat enim que-
dam quæ in illa narrantur) non poterit, inquit, admo-
nitionem non utilissimam capere.

Ego ab initio negare coepi quod postulabat, excu-
sare quod operis exemplar non haberem, nec esse facile
reperire: deinde etiam nescire, an expediret rem prelo
committere, viuentibus adhuc illis, nonnulla ex parte,
quorum res gestæ narrantur, & quorum turpitudines

bac


HVIUS EDITIONIS.


hac historia reuelantur. At ille contra contendebat, maiorem esse publicę virilitatis, quam particularium hominum rationem habendam; nullam esse iam ferè reliquam emendationis spem in illis, qui quotidie sceleribus noua sclera accumulant: animum authoris fuisse iam nonnullis ab hinc annis opus integrum publicasse, nisi Causa edita primū occupationibus, deinde etiam morte ipsa rationis. impeditus fuisset: versari nunc in hominum manibus nonnulla exemplaria, & certum esse illa breui ab aliis edenda fore, eaque fortasse mendose, nisi Anglus aliquis huius rei curam suscipiat: nullum autem posse commodius id prestare dicebat, quām me, qui eiusmodi rerum iam usum aliquem habebam, & ex iis que Londini in carcere ad quatuor ferē annos continuos obseruaueram, nou esset mibi difficile, illa supplere de regno Elizabethæ, que post D. Sanderi mortem in Anglia contigerunt.


His aliisque rationibus permotus, promisi D. Iodoco me esse facturum hac in re, quicquid possim. Et flatim ceipi in eam curam incumbere, ut exemplar aliquod per amicos obtinerem, quod non difficulter factum est. Deinde opus ipsum uniuersum relegi, ac loca nonnulla que vel scribarum virtio depravata, vel authoris festinatione minus explicata fuerant, correxii. Quædam etiam que longioribus disputationibus implicata videbatur, ut historiq series melius teneretur, amouit plurima que stita sunt deerant, maximè verò post D. Sanderi morte, adiunxi. in hac editio. Et quia magnitudo molesque operis usque adeo magna tione non videbatur: unius libri nomine uniuersum comprehendendi, & sic tandem emendatum amico meo D. Iodoco ynacum hac epistola tradidi, ut ad Bibliopolam suum
ā iij qui


EPISTOLA DE CAVSIS.


qui illud tantoperè expecebat, transmitteret, hoc solum
ab eo petens, ut emendatè imprimetur, quod spero ip-
sum curaturum, si minus, nostra saltē voluntas in eo
non desuit, quam beneulo lectori probatam fore non
diffidimus. Diuinam autem bonitatem rogamus ut
quātus cupimus, tantos percipiat Christianus orbis
ex hac admirabilī historia fructus ad hæresis ac schis-
matis detestationem. Vale amice lector, & Deum pro
me precare. 1585. 21. Iunij. v. carnis libertate











PRAEFATIO SANDERI DE ARGVMENTO HVIVS operis, & fædo Schismatis initio apud Anglos.

BRITANNOS ad fidem Christi primus ^{Circiter}
conuertisse dicitur Iosephus ab ^{Annu Dō,}
Arimathia, deinde in fide confir-
mauit Eleutherus Pontifex Romanus, à ^{Circiter}
Petro duodecimus, missis ad eos Fugatio ^{Annu Dō,}
& Damiano, qui Lucium Britanniae
Regem & permagnam populi partem ba- ^{In lib. ad-}
ptizarunt, adeò ut Tertullianus tam vi- ^{uers. 11a-}
cinus eorum temporum, scriperit: Britan- ^{deos.}
norum inaccessa Romanis loca, Chri-
sto subdita esse. Cùm autem Angli &
Saxones Germaniae populi, Britannis bello

P R A F A T I O

victis, & in remotiorem quandam insulae
regionem conclusis, Regni fines longè lateq;
occupassent: Gregorius magnus ad eos-
^{Anno D^o.} 596. dem Saxones misit Augustinum, Meli-
tum, & alios ordinis S. Benedicti Mo-
nachos, qui & gentem eatenus idolis dedi-
tam, fecerunt Christianam, & Regem.
^{Anno D^o.} 1534. Cantij Ethelbertum Christi baptismo
imbuerunt. Ab illo die usque ad vigesimum
quintū ferè annum Regis Henrici octauī,
per annos circiter mille, non alia fides in-
Anglia viguit, quam Catholica Romana:
adeò ut ipsum Angliæ regnum iam inde
ab Ina rege, usque ad Henrici 8 tempora,
per annos ferè octingentos, tributi nomine,
de singulis domibus, singulos denarios Pon-
tifici Romano, in honorem D. Petri per-
^{Denarij}
^{D. petri.} soluerit: unde etiam Denarij Petri vulgo
dicebantur. Henricus autem 8 hac sola
occasione quam nunc exponam, & fidem
Christi mutauit, & regnum Angliæ à Pon-
tificis Romani communione disiunxit.

Ar

S A N D E R I.

Arthurus natu maior Henrici frater,
cum Catharinam catholicorum Hispaniae Totius ope
Regum filiam, in uxorem accepisset, non modo absque liberis defunctus est, verum etiam ob infirmam tenerae etatis valetudinem, & secutam mortem, uxorem Catharinam minimè cognouit. Illam Henricus de Pontificis venia ob pacem inter Hispanos & Anglos confirmandam, cum duxisset, post annorum viginti cohabitationem repudiauit, specie tenus, quod uxor fratris sui fuisset, re autem vera, ut Annam Bollenam multis necessitudinum vinculis coniunctionem, eius loco supponeret: Anna enim * concubinarum Henrici adhuc viuentium, alterius quidem soror, alterius familia erat: quin etiam, ipsiusmet Henrici propria filia non sine multis indicij habebatur. Hanc ergò ut Henricus duceret, tūm Catharinam repudiauit, tūm ex Ecclesia Romana exiuit, nec interim aut ad ullam aliā Ecclesiam antiquiorem, aut etiam ad Luther

* Regis cōcubina Amę ma-
ter hīc di-
citur, etiā si alteri vi-
ro nuptia erat.

EPISTOLA

theranorum & Caluinistarum Ecclesiam recenter natam se contulit, sed nouam erexit, cuius summum in terris caput seipsum nominauit, Annam vero Bolenam & ante nuptias cum plurimis fornicatam, & post initas Regis nuptias, cum fratre suo concubentem, & semper haeresi Lutheranae addictam, & demum a Thoma Boleno, qui pater Annæ dicebatur, inter ceteros iudices considente, adulterij & incestus damnatam, Henricus securi percutiendam curauit.

Basis & Super hanc ergo Regis hypocrisim, qua se fundamētum reli-gionis An-glicane. Catharinam ob Dei timorem repudiare simulauit: super hunc incestū, quo Annam duxit, incestum inquam Regis Hērici, quo, si non propriam filiam, at saltem concubinæ suæ filiam duxit, incestum etiam Annæ Bolenæ, quo a fratre suo se cognoscendam permisit: super hunc Ecclesiasticum Regis Primatum, quem primus mortalium Henricus sibi arrogauit, omnis illa religio quam

An

S A N D E R I.

Anglia sub Principibus Henrico, Edouardo, & Elizabetha tenet, ac profitetur, ædificata consurgit. Et tamen quod Henricus post diuortium interpositum, quando iam supremum Ecclesiae caput scribebatur, in fidei negotiis statuit, hoc ipsum liberi eius Edouardus & Elizabetha supplantarunt, & omnino destruxerunt, alio prorsus Euangeliō in eius quod Henricus condiderat locum supposito & surrogato. Hæc mira & stupenda quæ post Anglicanū schisma inchoatum, Deus in illo regno, ut filiorum corda ad patrum fidem reduceret, operatus est, intelligi perfectè non possunt, nisi perfecta schismatis huius historia, quam mira rerum nouitate conspicuam & illustrem, secundum ea quæ vel ex publicis monumentis excerpti mus; vel ex grauissimorum hominum tam scriptis quam verbis hausimus, vel saltem ipsi cognouimus & obseruauimus, bona fide iam exponemus.

PARTES HVIVS HISTORIÆ.

1. *De causis & origine schismatis per Henricum octauum, pag. I.*
2. *De progressu eiusdem schismatis, & de hæresi Zwinglianæ inchoatione, per Edwardum sextum Henrici filium, pag. 106.*
3. *De restitutione Catholice religionis ac regni reconciliatione per Mariam Henrici filiam primogenitam, pag. 133.*
4. *De religione Catholica abrogata, & hæresi Caluiniana introducta per Elizabetham ex Anna Bolena filiam, pag. 142.*



I

DE SCHISMATE ANGLICANO PER HENRICVM OCTAVVM INCHOATO, LIBER.

DV M rebus Imperij *Maxi-*
milianus Augustus, Hispa-
nicis Ferdinandus & Elizabe-
*tha Catholici Reges, Anglicanis *Hen-**
**ricus septimus* præssel, præclarè cum*
orbe Christiano actum videbatur.
*Nihil enim *Maximiliano* Imperatore,*
seu bello, seu pace, illustrius, nihil Ca-
tholicis Principibus in utroque gene-
*re fœlicius: nihil *Henrico septimo* aut*
fortius aut prudentius, qui omnibus
bellis victor, omni opum genere af-
fluebat.

A Iam

Statua rerum
circiter ann.
D. 1500.

DE SCHISMATE

*Schisma in-
ter Maho-
metanos.*

Iam superstitione Mahometana, per
Ismaelis Sophi, ex *Affumcassani* filia nati,
nouam interpretationem, quam oc-
cupati Persici Regni maiestas com-
mendationem populo reddidit, in va-
rias sectas abibat. Iam Saraceni, post
Boeticam contingentis ferè annis pos-
sessam tota Hispania exterminabatur.

*Nouus Or-
bis.*

Iam nouus Orbis Principibus Chri-
stianis, ex infinita Dei misericordia
patefactus, Christi Euangeli parere
cœperat, Lusitanis versus Meridiem,
Hispanis versus Occidētem, ex *Alex-
andri Papæ sexti auctoritate*, tam sui
Regni, quam Christianæ fidei gloriā
propagantibus. Quæ res dum fœlici
cursu progrederentur, anno ab incar-
natione Iesu Christi millesimo &
quingentesimo, inter potentissimos
Henricum septimum Angliæ, itémque
Ferdinandum & Elizabetham Hispaniæ
Reges, actum, annoq; sequente, trans-
actum

*An. D.
1500.*

actum est, ut *Arthurus* maior natu filius *Henrici septimi*, *Catharinam Catholicon* Regum filiam, locupletissima dote constituta, in uxorem acciperet. Nuptiæ *Londini*, apud Ecclesiam sancti *Pauli* celebratæ sunt, decimo octauo Calendas Decembris, qui dies apud Anglos, D. *Erchenvaldo* sacer esse consueuit. Principes summa nocte ad thalamum solenni ritu deducti sunt. Cæterum *Henricus septimus* de medicorū consilio cauerat, ut gravis quædam matrona in eodem cum illis thalamo sociata, videret, ne carne coniungerentur, eò quod *Arthurus* decimum quintum ætatis annum vix dum attinges, ex lento præterea morbo laboraret, cuius tabe post quintum mensem confectus, ex hac vita migravit.

Mortuo iam *Arthuro*, cum Cath.^{ci} Principes filiam suā repeterent, noua

A ij nu

DE SCHISMATE

nuptiarum cōditio ab *Henrico septimo*
proposita, & post maturam delibera-
tionē, à Regibus Catholicis accepta
est, vt impetrata Summi Pontificis le-
spōfalia Ca-
tharina. gitima dispensatione, *Catharina Hen-*
rico Arthurī Principis fratri, duodeci-
mum ætatis annum agenti desponde-
retur. Causa domi primū per vtrius-
que regni theologos & iurisconsul-
tissimos viros, an fieri honestè posset,
examinata, deindè, cùm de iure con-
staret, per vtriusque Regis legatos re-
lata est primū ad *Alexadrum sextum*,
deindè ad *Pium tertium*. Sed cum vter-
que prius vita, quām hoc negotio de-
functus esset, demū *Iulius Papa secun-*
dus, adhibitis in cōsilium doctissimis
viris, ob pacis inter tanta regna cōfir-
mandæ publicum bonum, iuris hu-
mani, quod solūm obstabat, vinculū,
in hac quidem causa locum non ha-
bere declarauit, & nuptias cōtrahendi

veniam potestatemque fecit. Nam diuinum ius, quod sacrī literis consignatum extat, adeò his nuptijs non obstatē theologi asserebant, vt siue status naturæ spectetur, *Iudas Patriarcha* iusserit secundo genitum suum *Onan* ad *Thamarem* primogeniti fratris absq; liberis defuncti vxorem ingredi, vt semen fratri suo suscitaret: siue Mosaïca lex cōsulatur, idipsum fratri superstiti, etiam sub infamiæ pœna, p̄ceptum reperiatur: Fieri autem non potuisse, vt Deus qui legem naturalem totius naturæ humanae perpetuam comitem, imò ducem & regulam esse voluerit, eandem in vlo unquam, nedūm in ipso naturæ statu, violari, non solūm permitteret, sed etiam iuberet.

Hoc enim perindè videri, ac si naturam ab ipso ita conditam vt nunquam mutaretur, tamen ipse mutaret

A iiij ac

Gen. 38.

Deuter. 25.

Or Ruth 3.

Exodus 22.

DE SCHISMATE

2. Tim. 2. ac dissolueret, sibi que ipsi ea ratione
contradiceret, ac seipsum negaret.
Quod cum à Deo alienissimum sit, ni-
hil certius credendum, quam quod
superstitis fratris nuptiae cum alterius
fratris absq; liberis defuncti uxore cō-
tracte, nullo modo legi eternę aut na-
turali repugnant, sed tātum impositi-
tiæ & ecclesiasticæ, cuius ex iusta cau-
sa relaxatio penes Pontificem Roma-
num sit. Nam turpitudinem uxoris
fratris quam reuelari lex vetat, partim
in hoc matrimonio reipsa nullā fuī-
se, quoniam Arthurus Catharinam uxo-
rem nunquam cognouerat, partim si
qua forsitan specie tenus extitisset, tum
per mortem Arthurii iamdudum esse
sublatam, tum præterea etiamsi post
mortē eius adhuc perseverare posset,
non tantam esse, quin publico pacis
bono satis abundeque cooperiatur &
compenſetur. Quæ omnia cum theo-
logi

logi grauissimis tām scripturæ sacræ quām sanctorum patrum testimoñijs corroborassent, nec per totam Ecclesiā vel vnuſ quispiam vir qui contradiceret, in vlla natione quæ sub cælo erat, repertus eſſet, ſponsalia, ob immaturam adhuc Henrici ætatem, inter illum & Catharinam ineuntur.

Dum autem nuptiarum tempus ex-
pectabatur, *Elizabetha Catharinæ ma-*
ter in Hispania, itēmque Henricus ſep-
timus in Anglia diem ſuum obierunt.
At *Henricus octauus*, eximia corporis
forma præditus, in qua etiam regiæ
maiestatis augusta quædam ſpecies
elucebat, iam decimū octauum ætatis
annum ingressus, cùm nec ipſe iudicij
expers haberetur, nec defuncti patris
imperiū amplius timeret, quanquām
ſemel dixiſſet ſe à nuptijs *Catharinæ*
abſtēturum, tamen re accuratius per-
pensa, & dispensatione Pontificis in

A iiiij om

DE SCHISMATE

omnium optimatum conspectu pu-
blicè recitata , nulla mortaliū vel tan-
tillum scrupuli opponente, de totius
*Nuptiæ Hr.
ni & Ca
tharinæ,
1509.* consilij sententia, *Catharinam* in vxo-
rem , tertio nonas Iunij palam acce-
pit , ac die *Ioannis Baptistæ* proximè
subsecuto , non minus vxori , quām
sibi , regium diadema cum ingenti
omnium lātitia imponendum cura-
uit , apud sacrum *S. Benedicti* monaste-
rium , quod *Londino* ad solis occasum
adiacet.

*Anno D.
1510.* Genuit *Henricus* ex *Catharina* filios
tres & duas filias , ex quibus maior na-
tu filius (cui etiam *Henrico* nomē fuit)
nono post nativitatem mense è vita
sublatus est . Cūque cæteri etiam non
diu postquām nati erant , vixissent , so-
*Nascitur
Maria,
Anno D.
1515.* la *Maria* , anno septimo *Henrici* oclau*i*
apud *Grenuicum* duodecimo calendas
Martias in lucem edita , utrique paren-
ti superestes mansit .

Fuit

Fuit inter Henricum & Catharinam
 tūm aliqua ætatis, tūm longè maior
 morum dissimilitudo. Superabat illa
 virum ætate, ad summum quinquen-
 nio: moribus vero, amplius quàm
 mille annis. *Catharina* surgebat me-
 dia nocte, vt nocturnis religioso-
 rum precibus interesset, manè hora
 quinta ornabat se quàm citissimè,
 nihil sibi temporis, præter hoc so-
 lum in quo vestiebatur, perire dicti-
 tans. Sub regio vestitu, *D. Francisci*
 habitu (ad cuius tertium ordinem sese
 ascripserat) vtebatur. Omnibus sextis
 ferijs & sabbatis ieunabat, omnibus
B. Marie vigilijs solo pane & aqua vi-
 uebat, quartis & sextis ferijs peccata
 sacerdoti confitebatur, Dominicis
 etiam sumebat Eucharistiam: officiū
B. Virginis quotidie recitabat, sex ho-
 ris continuis manè in templo sacris
 officijs vacabat, a prandio autem san-
 cto

Catharina
mores & in-
stituta.

DE SCHISMATE

ctorum vitas , ancillis etiam astatibus
legebat, ad duas ferè horas: inde tem-
plum repetens, ibi ferè manebat usq;
ad horam cœnæ, quam sumpsit longè
parcissimam . Orabat semper flexis
genibus , absque puluinari , aut alia
quapiam re inter ipsam & paumentū
interiecta . Quis iam miretur , si tam
sancta fœmina , maiore quodam tri-
bulationis igne probanda fuit, ut vir-
tutum eius odor in totū orbem chri-
stianum facilius diffunderetur?

*Henrici lux-
uria.* *Henricus* interim omni luxu dif-
fluens , ex ipsius reginæ ancillis, nunc
duas , interdum tres , concubinarum
loco habebat, ex quarum vna, cui no-
men fuit *Elizabethæ Blunte*, genuit fi-
lium, quem *Richmundiæ* ducem crea-
uit. Admirabatur quidem vxoris san-
ctitatem , sed deteriora consilia & in-
stituta sequebatur. *Mariam* filiam re-
gio splendore educatam , constituit
Bri

*Mariæ edu-
catio.*

Britānorū seu *Vvallorum* Principem, qui populus & insulam primūm occupauit, & ei nomen *Britanniae* impo-
suit, & lingua propria, quam nemo ferè *Anglorum* intelligit, adhuc uti-
tur. Germani autem exteris vocant *Vvallos*. Itaque cum Anglos-saxones ex Germania in Britanniam ad fines Britannorū tuendos euocati, tandem in ipsos Britannos arma cōuertissent, eosq; subiugassent, ut suum populum ab alieno distinguerent, Britannos vo-
carunt *Vvallos*, hoc est, non Germanos, sed præ Germanis, exteris & alienis. Huius autem Prouinciae admini-
stratio & præfectura ei tantum regis proli conceditur, cui proximum re-
gnandi ius ex hæreditaria lege debe-
tur. Quod enim Cæsar apud Roma-
nos, quodque *Delphinus* apud Gallos,
hoc idem est apud Anglos *Vvalliae*
Princeps.

In

DE SCHISMATE

In Vvalliam ergo quæ ad occidentalem insulæ oram sub quatuor Episcoporum dicæcibus longè lateque distenditur, *Maria* cum illustri senatu & spléndida familia delegatur, ut eam regionem suo iure moderetur ac gubernet. *Mariæ* nuptias vicini omnes reges ac principes magnis studijs ambebant. In primis *Jacobus quintus* Scotiæ Rex, deinde *Carolus Cæsar*, totius Belgicæ possessionem se illi confessim traditurum afferens. Tum autem, Galliæ Rex *Franciscus*, filijs suis duobus, hinc *Delphino*, indè *Aurelianensi* duci, candem in vxorem petijt. Quorum teneram ætatem cum *Henricus* non probaret: Rex *Franciscus* seipsum obtulit *Mariam* ducturum, nec *Henricus* abnuit, si tamen, *Carolus*, *Clementem* Papam, quem tunc captiuum obtinebat, liberum ac immunem quam primum non dimitteret. Alioqui enim

*Quinque
Principes
expeterunt
Mariae nu-
ptias.*

&

& Mariam Gallo dare, & Carolo bellū indicere cogitabat. Ac filio quidem primogenito regis Galliarum *Maria* Maria spō-
tandem certis conditionibus despon-
alia. debatur, quæ spōsalia cùm apud *Gren-*
nicum in Anglia, octauo idus Octo-
bris solenni ritu fuissent dedicata,
Eliensis episcopus in Gallias traijciens,
præclaram de ea re orationem apud
Francicum regem Galliarum habuit.
Hinc facile appareat quām constans
apud omnes principes christianos fi-
des ac sententia semper fuerit, de *Ca-*
tharinæ legitimis cum *Henrico* nuptijs,
cùm carum nuptiarum prolem, quæ
non alia conditione, quām si legitima
est, regnandi ius in Anglia consequi
debet, tanto studio in coniugem ex-
petierint. Iam ad *Henricum* reuertatur
oratio.

Cum ea *Catharinæ* grauitas & mo-
deratio, caqué *Henrici* leuitas & libido
effet

DE SCHISMATE

esset, ut nihil magis repugnans & contrarium facile reperiri posset, atque ideo hominem petulantem & luxuriosum tam veneradæ matronæ prorsus tæderet, nec ea res latere Palatinos diu posset, *Thomas Volfæus* homo præter cæteros ambitiosus & audax, cuius etiam opera erant regis, quām reginę, operibus similiora, omnes occasiones captabat, quibus & regi placeret, & reginam læderet, & suum negotium proueheret. Hic homo, non humili tantum loco, sed & vili natus, cùm in aulam irrepisset, regique à facello factus esset, tandem *Ricardi Vintoniensis* Episcopi opera, Regijs eleemosynis præficitur: mox *Tornaco* apud Morinos in potestatē *Henrici* redacto, *Tornacensis* Episcopatus vectigalia ex regis donatione capit, paulò post, fit & ipse Episcopus, primum *Lincolniensis*, deinde, *Dunelmensis* tum autem *Vintonensis*

Volfæi mo-
res.

Volfæi Ec-
clesiæsticæ
dignitates.

nienſis, ac ſimul etiam Archiepifcopus
 Eboracensis, (nam *Vintonienſem* & *Ebo-*
racenſem duos locupletiſſimos epifo-
 patus ſimul poſſedit) demum fit to-
 tius regni Cancellarius, addo etiam
 Cardinalis, & ad vniuersum Angliae
 regnum de latere legatus. Quid quod
 tum *Francisci* Galliarum Regis, tum
Caroli Cæſaris annuis preterea penſio-
 nibus, & muneribus augebatur, vt
 omittam locupletiſſimas Abbatias, in
 quas vbique terrarū inuolauit: quod-
 que omnium caput erat, ipſe Rex An-
 gliæ totus erat in *Volfæi* potestate, om-
 nia pro illius arbitratu diſtribuens at-
 que adminiſtrans. Et tanquam hæc
 omnia parum eſſent, primam totius
 Ecclesiæ ſedem occupare, ac vnitatis
 Sacerdotalis fastigium conſcendere,
 ſatanæ ſpiritu aetius nitebatur. Quod
 cum *Carolus* imperator perſenticeret,
 hominis ingenio ad ſuam rem abu-
 furus

Volfæus amo-
 bit ſummi
 pontificatiū.

DE SCHISMATE

*Caroli Cæ-
sari erga
Volsæum
obsruasia.*
surus, *Volsæum* tanta obseruantia co-
lere cœpit, vt & crebras ad eum lite-
ras, nec alterius quām Cæsarea manu
perscriptas, daret, subscriberetque in
hæc verba: *Filius vester & cognatus Ca-
rolus.* Quin etiam spem maximam
dedit, si *Volsæus* efficeret, vt *Henricus*
Angliæ Rex perpetuum fœdus cum
Cælare coleret, regemq; *Franciæ* bello
simul petēdum decerneret, se ex altera
parte effectorum, vt *Volsæus* mortuo
Leone decimo fieret summus Pontifex.
Implet *Volsæus* conditionem, quām
cupidè. Sed cùm *Carolus* tantum ab
eo quod obtulerat præstanto abfuisset,
vt potius magna cum sua laude
Adrianum sextum ei loco præficiendū
curaret, *Volsæus* adhuc dissimulādum
ratus, mortē etiam *Adriani* expectat.
Porro cùm ne tunc quidem rationem
sui à *Carolo* haberi animaduerteret,
quinimò post *Franciscum* regem Gal-
harum

liarum in bello Ticinensi captum, Cæ-<sup>An. D.
1525.</sup>
sar & raro ad Volsaum, & non nisi alic-
na manu scriberet, nec aliud quam nu-
dum Caroli nomen subscriptionis lo-
co apponenter, tunc Volsaeus aperte fu-
rere, Carolo summis viribus aduersari,
ad hostes Caroli transire, & Christia-
nissimo Regi se totum cœpit addi-
cere.

Hac ergo ira inflammatus, cum &
Hericum regem alieniore animo à *Ca-*
tharina, & ambitionem suam sanctissi-
mæ fœminæ grauem ac molestam
esse intelligeret, ratus consilium hoc
suum & sibi vtile, & Regi non ingra-
tum, & Reginæ odiosum, & Carolo
molestissimum fore, si materteret eius
à regio thalamo penitus disiunxisset:

Ioannem Longlandum Lincolnensem Epis-
copum, qui *Henrico* regi erat à confes-<sup>Primaschis
Imaris ini-
tia.</sup>
fionibus, ad se vocat, ei narrat, quantu-
m sibi curæ sit æterna regis salus. Nam <sup>Anno D.
1526.</sup>

B nec

DE SCHISMATE

nec sileri posse quòd tanti sit momen-
ti, nec alteri pri^o aperiri debere, quàm
ei viro qui omnia secreta regis opti-
mè nouerit. Quid multis? demum ait,
Matrimonium Regis cum *Catharina*
parum sibi firmum videri, & cur id
sentiat, multas obtendit rationes. *Lon-*
glandus hominem sincerè loqui arbi-
tratus, nec ausus tanto viro contradic-
cere, sciens etiam hanc rem ingratam
regi accidere non posse, id tantum re-
pondit, par esse, ut rex tantæ rei, non
ab alio prius, quàm ab ipso *Volsæo* ad-
moneatur. Hoc in se *Volsæus* recipit:
quem, simul ac rex in eum sermonem
venisse audiuit, *Caue.* (inquit) ne rem se-
mel iudicatam, iterum in controversiam vo-
ces. Triduo autem post, *Longlandus* à
Volsæo ad regem ductus, id saltem pe-
tit, ut sua M.^{tas} rem cognosci & exami-
nari permittat. Cum rex non abnue-
ret, *Volsæus* intulit, spectatae formæ ac
nobi

Progressio
inchoatæ
rei.

nobilitatis fœminam in Gallia esse,
Margaritam Christianiss.^{mi} regis so-
 rorem, quæ duci *Alinsoniæ* aliquando
 nupta fuerat, hanc regio thalamo in
 primis conuenire. De hoc (ait Rex)
 agemus postea. Nunc silentium ante *silentium.*
 omnia necessarium est, ne res imma-
 turè patefacta, honorem nostrum ali-
 quo pacto læfisse videatur. Ipse enim
 sciebat quam potissimum fœminam,
 repudiata semel *Catharina*, dueturus
 esset.

Cùm ergò silentium singuli pro-
 misissent, rex in hanc de suo repudio
 quæstionem totus incumbens, cum
 certis theologis ea scripturæ sacra' lo-
 ca quæ ad rem facere videbantur, ma-
 xime, quæ in Leuitico & Deuterono-
 mio scribuntur, studiosissimè perle-
 git & contulit: diligenter etiam *Iulij*
secundi literas discussit, quæ ipsius cum
Catharina matrimonium confirma-

B ij bant

Levit. 18,
Deut. 21.

DE SCHISMATE

*Tempus de-
liberandi.* bant. Vbi autem in hoc genere quæ-
stionis examinando, integrum ferè
annum clàm insumpsisset, nec aut in
sacris literis, quod eum iuuare, aut in
Pontificis deplomate, quod iustè re-
prehendi posset, quicquam reperisset,
cùm præterea, si quid in Papæ literis
ambiguum ante videbatur, id per no-
vas literas, *Ferdinandi* regis opera po-
stea impetratas, clarissimum expositum, &
planius expressum vidisset, visum est
& regi, & cæteris quos in consilium
Desperatio. adhibuerat, nihil amplius in ea re ten-
tandum esse. Atque ita sanc euenisset,
nisi quòd, partim *Volsæus* illum qui-
escere non patiebatur, partim animus
Regis *Catharinæ* pertitus, *Annæ Bolena*
potiundæ cupidus, & utramque ob-
causam diuortij audiens, minimo quo-
libet momento, in nouā semper spem
atque opinionem inclinabat.

*Nona occa-
sio.* Accidit eo tempore, vt ex Francia
le

legati adessent, qui *Mariam Vvalliae* principem duci *Aurelianensi* nuptum dari peterent. In ijs erat *Episcopus Tarbiensis*. Rex igitur *Henricus Volsæo* auctor fuit, ut *Volsæus*, non quidem regis nomine, sed tanquam partis Gallicanæ fidelissimus amicus, huic Episcopo controversiam de Regis matrimonio nuper exortam insinuaret, diceretque, si fortè illud matrimonium quo iam *Henricus* tenebatur, dissolui posset, spem certam esse, regem *Henricum* regis Galliarum sororem in conjugem assumpturum. Fecit *Volsæus* quod imperatum est, addiditque, tallem esse hanc causam, quæ ab Anglo quopiam tentari primùm, & proponi non deberet: quem enim subditum posse inuidiam tantam sustinere, ut regis sui matrimonium accuset, aut in dubiū vocet? æquum esse, ut ipse *Tarbiensis*, tanquam & sui Regis causam

B iij agens

DE SCHISMATE

agens, & commune utriusque regni
bonum prouehere cupiens, hoc one-
ris in se susciperet.

Visa est Tarbiensi honesta oratio.

*Prima di-
uorij pate-
facio.* Re igitur cum suis collegis commu-
nicata, in senatu regis Angliae, ipso re-
ge Henrico presente, dixit, Non minus
inter Anglos quam Gallos constare,
nihil utriusque regno magis expeten-
dum, quam pacem. Et hactenus qui-
dem actum esse de nuptijs inter ducem
Aurelianensem & serenissimam Vvallie
principem *Mariam*, ob commune hoc
pacis bonum, ineundis, quas magnu-
m utriusque genti commodum allaturas
non dubitet. Sed aliam subesse viam
huic negotio expediendo infinitis par-
tibus oportuniorem, si eam sibi liceat
Tarbiensis
Episcop⁹
ex alio. proponere. Et cur (inquit) non liceat,
cum non solum apud christianos, ve-
rum etiam apud optimos & pruden-
tissimos viros agatur, qui omnia pri-
uata

uata publico bono postponenda iudicant? Quāto enim vtilius futurum, vt viri quām pueri, vt summi regnum gubernatores, quām inferiores aliqui principes, denique vt ipſe regiꝝ personæ, quām regum liberi, has inter ſe nuptias contrahant? Ac noſtra quidem ex parte, ſatis conſtat Christianiſſimi Regis ſororem *Alinſoniæ* duciſſam & viro maturam eſſe, & nihil aliud quām talem maritum expeſtare, qui generiſ ipſius regium ſplendorē potius illuſtret, quām obſcuret. Iam ſi etiam in Anglia vir quidam primarius, imò primus omnium uxore careat, cur has regias personas ad ingentem vtriusque regni vtilitatem, nuptiarum fœdere cōiungendas, non curamus? Tua, tua ſerenitas, *Henrice* rex potentissime, quem honoris cauſa nomino, ſi non quod appetet, ſed quod verum eſt, ſpectetur, à nuptia-

DE SCHISMATE

rum vinculo non meo tantum, sed pē-
nē omnium doctissimorum hominū
iudicio libera est & soluta. Quāquām
enim *Catharina* tūm nobilissima, tūm
sanctissima fœmina existat, tamen
cūm fratrī tui vxor prius fuerit, satis
admirari non possum, quo iure vxo-
rem fratrī tui, quam tibi habere iuxta
M. a. r. 6. Euangeliū non licet, habeas & reti-
neas? Evidēm non dubito Anglos,
qui tuo imperio subsunt, hoc idem
Euangeliū colere, quod nos colim⁹,
& propterea idem etiam nobiscum
sentire, licet id palam profiteri non
audeant, donec tua Serenitas liberam
in hac causa eis fecerit dicendi pote-
statem. Nam exteræ nationes liberius
de his nuptijs semper locutæ sunt, ve-
hementer etiam dolētes, regiam ado-
lescentiam tuam ab aliorum quibus
fidebat consilijs in hanc fraudem esse
inductam. Nūc si verum est, nem-
nem

nem posse fratri sui vxorem sibi in
vxorem sumere, habet tua Serenitas
modum longé optimum, quo & se
ab his quibus iam implicatur nuptijs
quām primū exuat, & Christianissimi
regis sorore in locū Catharinæ assum-
pta, pacē inter hæc nobilissima regna
firmam atque adeò perpetuam stabili-
lat. Ac de his quidem rebus tua pru-
dentia maturius cogitabit, mihi satis
sit, rem non minus utilem quām ho-
nestam, Christiana libertate in me-
dium protulisse.

Henricus hanc rem velut nouam &
haec tenus inauditam admirari se atque
etiam agrè ferre simulās, tamen cùm
ad honorem atque adeò salutē ipsius
æternam spectaret, amplius deliberā-
dum censuit. *Tarbiensis* verò ut rei tam
lætæ insperatum nūcium Christianif-
simo regi primus apportaret, in Gal-
liam aduolauit.

DE SCHISMATE

Populus autem Anglicanus vbi hoc
Populi An-
glicani su-
dia. audiuisset, statim & Galliarum lega-
tos maledictis, & regis propositum
omni vituperatione infectatus est. Ne-
mo enim dubitabat quin de regis cō-
filio hæc res excogitata & proposita
fuisset.

An. D.
1527. Hoc ipso tempore *Burbonius* Prin-
ceps (quanquam sua morte eam perfi-
diam luerat) urbem Romā occupasse,
diripuisse, incēdisse, sacra omnia pro-
phanasse, ipsumque Pontificem *Cle-
mentem septimum* obsidere, imò & cap-
tiuum tenere dicebatur. *Volsæus*, hac
Alia occa-
sio. arrepta occasione, regem *Henricum* ad
auxilium Pontifici ferēdum stimulat:
Defensor fi-
dei. nec aliter posse illum facere, quam ut
defensorem fidei sese exhibeat, cùm
nuper cum titulum (ob librum contra
Lutheri hæreses conscriptum) sibi &
posterioris suis à Sede Apostolica dona-
tum accepisset. Quid quòd hac vna
re

re Papam in æternum sibi deuinciret? quem ob eam rem in causa diuortij sui non modò propitium iudicem, verùm etiam diligentem patronum habiturus esset, imò & Franciæ Regem, ac præsertim liberos eius perpetuò sibi demeriturus, quos in Cæsaris potestate constitutos, hac ratione in libertatem asserere posset.

His verbis rex adductus est, ut Cardinalem in Gallias cum octoginta au-
reorum millibus & collegis duobus mitteret. Ac præter mādata generalia quæ tribus legatis ex æquo dabantur, solus *Volsæus* mādata quædam occulta seorsim accepit, de *Catharinæ* diuor-
tio procurando, de matrimonio cum *Alinsoniæ* Ducissa contrahendo, & de filijs Christianissimi Regis ex Cæsaris manu eruendis. Ibat *Volsæus* regia pō-
palætus & triumphás, cùm ecce, dum *Caleti* agit, nouas ab *Henrico* literas ac-
cipit

DE SCHISMATE

sibi timendum videret, tamen prius
mandatis eius non paruit, quām ab
vxore audisset, ipsam à rege solicitatā
fuisse, nec *Annam Bolenam* alterius
quām regis *Henrici* filiam esse: proin-
dē in genua procumbens, rogabat vi-
rum, ut sibi parceret, de cætero se fide-
lem ei coniugē futuram: quod ipsum
cum *Marchio Dorcestriae*, alijque viri
primarij, tam suo, quām regis nomi-
ne peterent, *Thomas* vxori conciliatus,
Annam Bolenam filiæ loco educat. Iam
prius *Thomas Bolenus* aliam filiam ex-
cōiuge sua genuerat, cui nomen *Ma-
riae* imponebatur. In hanc rex dum ad
matrem ibat, oculos coniecerat, ean-
demque post *Thome Boleni* redditum,
in aulam suam, imò & in adulterinum
thalatum traduxerat. Cùm autem
Henrici regis domus ex perditissimo
genere hominum cōstaret, cuiusmo-
di erant aleatores, adulteri, lenones,

Anna Bolena pater.

*Jesu Christu
Genunda
mentana*

*Maria Bo-
lena.*

*comites Re-
gij.*

assentatores, periuri, blasphemī, rapaces, atque adeò hēretici: inter hos insignis quidam nepos extitit *Franciscus Brianus*, *Brianus*, eques auratus, ex gente & stirpe *Bolenorum*. Ab illo rex quodam tempore quæsiuit, quale peccatum videretur matrem primūm, deindè filiā cognoscere. Cui *Brianus*, omnino (inquit) tale, ô Rex, quale gallinam primūm, deindè pullum eius gallinaceū comedere. Quod verbum cùm rex magno risu accepisset, ad *Brianum* dixisse fertur: *Næ, tu meritò meus es inferni Vicarius*. *Brianus* enim iam prius ob impietatem notissimā vocabatur, *Inferni vicarius*, post hoc autem, & *Regius inferni vicarius*. Rex igitur cum & matrē prius, & postea filiam *Mariam Bolenam* pro concubina tenuisset, demum ad alteram quoq; filiam *Annam Bolenam* animum adjicere cœpit. Fuit *Anna Bolena* proceriore corporis

DE SCHISMATE

B. Situs
corporis.
A. Zone Bo-
line.

Habitus
mentis.

ris statura, capillo nigro, facie oblóga,
colore subflauo, quasi istericiæ mor-
bo laboraret, cui dēs vnuis in superio-
re gingiuo paululùm prominebat, in
dextera manu sextus agnascetur di-
gitus, sub mento etiam succrescebat
turgidum nescio quid, cuius deformi-
tatis tegendæ causa, tam ipsa, quam ad
illius imitationem, reliquæ regiæ an-
cillæ, colli & pectoris superiora, qua
ante nuda gestabant, operire cœpe-
runt. reliqua corporis proportio pul-
chrior videbatur, maxima venustas in
labijs, in facetijs, in saltádi, & fidibus
ludendi peritia, denique in vestitu,
quem, quotidiè & nouum excogita-
uit, & elegantissimum gessit, omnium
aulicorum in ea re exemplar & specu-
lum. Quòd verò ad mētis imaginem
attinebat, plena fuit superbiæ, ambi-
tionis, inuidiæ, luxuriæ. Cùm quin-
decim esset annorū, ab eo qui Thome

Bo

Boleno à poculis, atque etiā ab altero,
qui eidem à facello fuit, sese deflorari
passa, mox in Gallias mittitur, vbi re-
gio sumptu, non longè à Briero, apud
nobilem quendā virum educata, pau-
lò post ad palatium regis Galliarum se
contulit. Ibi tam impudicè vixit, vt
vulgo à Gallis appellaretur *Hacnea*, seu
Equa anglicana. Cùm autem & in re-
gis Galliarum familiaritatem ascita es-
set, cœpta est vocari *Mula Regia*. Hæ-
resi etiam *Lutheranæ* addicta erat, vt ^{steidanus} lib. 9.
ne religio à vita disreparet. Nec tamē
à solennibus Missarū Catholico ritu
peractis abstinebat, quia regis cōsue-
tudo, & ambitionis institutæ ratio id
ab illa extorquebat. In Angliam verò
cum reuertisset, atque in familiam re-
giam cooptata esset, facilè didicit, &
quām tæderet regem antiquæ uxoris,
& quid *Volsæus* moliretur, & quanto-
Pere *Henricus* tūm ipsam deperiret,

C tūm

DE SCHISMATE

tum alias concubinas subinde mutaret. Nam præter exempla externa, tum matrem suam prius, tum deinde sororem viderat ex illa præcipua regis gratia excidisse. Quid ergo & ipsi paulò post speradum, nisi ab initio sibi ipsa consuleret? Quod consilij cum cœpisset, quanto magis rex eius consuetudinem expetijt, tanto vehementius preces regias illa repulit, sancte dictans, nemini se virginitatis florē, propterquam viro suo dedicaturam. Colloqui, colludere, simul etiam cum Regge saltare, nunquam à sua modestia alienum iudicauit: tantum à concubitu abhorrere se finxit. Quibus artib' ita Regem inescabat, ut iam ei magis magisque fixum & constitutum esset, repudiata Catharina, tam sanctam virginem in uxorem accipere. Is rumor cum in Galliam perlatus fuisset, paſſim dictabat Regem Angliæ ducturum

sermones
Gallorū.

rum esse mulam Regis Galliarum.

Agebat etiam tūc in Gallijs *Thomas Bolenus*, qui pater *Annae* putabatur, ea missus à rege vna cū nobilissimo equite *Antonio Bruno*, ad certa Regis negotia expedienda. Is ergo ubi audisset *Hēricum* perditè amare *Annam Bolenā*, atque adeò velle eam in regni consortem assumere, inconsulto Rege, præter legatorum morem, citato cursu in Angliam venit, id Regi suggesturus, quod nisi tempore aperiret, postea per alios reuelatum ipsi *Boleno* periculum creare posset. Occurrit autem *Boleno* *Henricus Norefus*, qui *Henrico Regi* erat à cubiculis. Hunc *Bolenus* rogat, ut inopinatum eius aduentum apud Regem excuset, simulque secretam eius audiencem impetrat. Introductus ad Regem *Bolenus*, rem ab initio repetit, dum ipse in Francia olim degeret, natam uxori suę *Annam Bolenam*: ac se

C ij qui

DE SCHISMATE

Thomæ Bo
leni con-
fessio.

quidem voluisse vxorem ea de causa
répudiare, nisi & Rex intercessisset, &
vxor apertè fassa esset, *Annam Bolenam*
esse filiam Regis. Tace, ô stolide (in-
quit Rex) centum alij ex a quo tuam
vxorem compresserūt. Cuiuscunque
illorū sit filia, certè quidem erit vxor
mea. Tu ad legationem tuam reuer-
tere, nec verbum cuiquam de hac re
feceris. Hæc subridens Rex cùm di-
xisset, è loco discessit, *Thomæ Boleno*
adhuc in genua prouoluto.

Vt autem minus homines mira-
rentur quæ causa tam subiti aduentus
Thomæ Boleni extitisset, disseminatus
est sermo, eum ad Regem attulisse de-
pictam *Ducissæ Alinsoniæ* imaginem.
Postquam verò *Thomas Bolenus* ani-
maduertit Regem omnino decreuisse
Annam Bolenam matrimonio sibi co-
pulare, tām ipse quam vxor ipsius om-
nem curam, laborem, cogitationem

in

in *Anna Bolena* instituenda posuerūt,
 vt, ne quo errore à tanta spe deciderēt.
 Contra verò qui erant in toto Angliæ
 regno viri graues, pudici, bonæ famæ,
 ac Deum timentes, maiorem in mo-
 dum & à diuortio *Catharinae*, & ab his
 nouis *Annæ* nuptijs abhorrebant. Pre-
 ter cæteros, qui ex Regio senatu erant,
 sui officij putarūt esse, vt Regem tanti
 erroris admonerent. Et quoniam laici
 de iure diuino iudicium suum inter-
 ponere noluerunt, visum est illis non
 nisi de *Annæ Bolena* vel turpi vita, vel
 certè pessima fama agendum esse. Ac
 ne solis vulgi sermonibus duci vide-
 rentur, ipsi putarunt in rem totam in-
 quirēdum. Eminebat inter Palatinos
 insignis quidā aulicus *Thomas Viatus*,
 qui veritus, ne, si fortè Rex aliundè im-
 pudicissima *Annæ Bolena* institutâ di-
 dicisset, ipsius, qui malè sibi conscius
 erat, vita in discrimen veniret, iamque

senatus
Regi studia.

Thomas
Viatus.

DE SCHISMATE

intelligeret senatum Regis hoc ipsum
agere, ad eum vltro venit, ac se con-
fessus est cum *Anna Bolena* rem habu-
isse, nihil minus cogitantem, quam
Regem velle ipsam thori sociam fa-
cere.

Senatus ita instructus, ubi apud Re-
gem praefatus esset officij sui esse, non
tatum vitæ, sed etiam honori & famæ
Regis consulere, subiunxit, *Annam Bo-
lenam* magnis infamie maculis atque
adecò apertis criminibus implicatam
teneri, minimè ut ipsius Maiestatem
deceret illam in uxorem accipere: ac
statim quid Viatus vltro confessus esset,
in medium protulit. Rex cum pau-
lis per tacuisse, tandem respondit: ni-
hil se dubitare quin magna ipsius
obseruantia & amore adducti essent,
ut ista nunciarent, se tamen certò cre-
dere, omnia illa esse à nebulonibus co-
ficta, atque adeò iuratò affirmare au-
dere

*eccl. a-
mor.*

dere, *Annam Bolenam* esse castissimam virginem. *Thomas Viatus* ægrè ferens suo verbo fidem non esse habitam, quibusdam ex senatu dixit, Si hoc Regi videretur, se curaturum, ut Rex ipse ex secreto quoipiam loco videret *Annam* in amplexus ipsius ruentem. Valde enim amabat *Anna Thomam Viatū*. Quam rem cùm *Carolus Brædonus* Suffolciæ dux Regi exposuisset, *Viatus* (inquit Rex) audacem & suspitosum lenonem se ostendit: sibi autem non placere talia spectacula. Quid multis? Rex *Annae* totam rem narrat, *Viatum* comitatu suo abdicat. Quæ tamen res post detectum *Annae Bolenæ* adulteriu& incestum, *Viato* saluti fuit, qui alias vñā cum cæteris mœchis neli datus fuisset.

Volseum iam ex Gallijs reuersum
Rex monet, ut causam repudij, quātū
potest apud Pontificem prouehat, tar-

C iiij dius

DE SCHISMATE

dius verò agentem durius aliquantò
excipit. Si enim repudianda esset Ca-
tharina, quòd *Volsæo* videbatur, cur
perindè libi non licere ciuem, ac pere-
grinam, in matrimonium accipere?
Volsæus, cui iam ab incepto resilire
integrum non erat, quanquam
ingenti dolore corriperetur, tamen
rem dissimulat, operam suam pro-
mittit, tam Regem quam *Annam Bo-*
lenam ad Ebacense palatum inuita-
tos epulo splendidissimo excipit.

Varia ho-
minū flu-
dia. Iam causa diuortij per omnium ora-
ferebatur. Iam oēs qui non nisi ex no-
uis rebus crescere se posse animaduer-
tebant, cū ad summos honores aditū
sibi per huius diuortij specie fieri vide-
rent, id omni ratione prouehebant.
Contrà verò, quos solus amor verita-
tis ad fidem confitendam impulit, illi
quidem Reginæ ab hominibus iam
planè desertæ, æquissimā causam tue-
ba

bantur. Libri passim conscribuntur, ^{Libri.}
 alij pro *Catharinæ* matrimonio, alij
 cōtra illud. Qui autem *Catharinæ* ma-
 trimonium oppugnabant, eorum li-
 ber *Henrico* oblatus, cūm apud Car-
 dinalem *Volsæum* præsentibus multis
 Episcopis lectus esset, nihil aut pro
 veritate clariūs, aut in Regem duriūs
 dicere pleriq; Episcoporum ausi sunt,
 quām, ex ijs quæ illic in medium pro-
 ferebantur, iustè posse Regem de ma-
 trimonio suo cum *Catharina* iam diu
 inito, scrupulum aliquem concipere.
 Non erat tām hebes Rex, quin diuor-
 tij sūi causam (cui non ferē alij quām
 impij atque indocti fauebāt, optimus
 autē & doctissimus quisque maximē
 aduersabatur) vehemēter laborare at-
 que afflictam esse intelligeret. Vocat *thomas*
 ergò ad se *Thomam Morum*, cuius & ^{Morus.}
 ingenium esse maximū, & doctrinam
 excellentem, & integritatem summā
 pro

DE SCHISMATE

probè sciebat. eum interrogat, quid
de matrimonio *Catharinæ* videretur.
Morus erat tunc quidem ex regio se-
natu, nondū autem totius regni Can-
cellarius. Is ingenuè respondit, Regis
diuortium sibi nullo modo probari.
Ægrè hoc responsum tulit *Henricus*,
sed tamen ne quid intentatum relin-
queret, tūm maxima illi munera,
Regiæ volūtati suam accommodaret
promisit, tūm præcepit, vt cum Do-
ctore *Foxio* Regij collegij apud *Can-*
tabrigiam moderatore, de ea re conser-
ret. Hic enim *Foxius* in diuortio pro-
uehendo facilè primas inter omnes
tulit. At post collationē, cùm *Morus*
adeò non mutasset animum, vt iam
multò liberius Regem hortaretur, ne
vxorem suam repudiaret, Rex num-
quām deinceps cum illo de ea causa
locutus est, cuius tamen opera in cā-
teris negotijs conficiendis maximē
om

Foxius.

omniū vtebatur. Dicebat verò apud suos, pluris se facturum si Thomam Morum ad suas partes attrahere posset, quām si prēterea dimidiam regni partem suo instituto assentientem haberet.

Illud his diebus perbellè accedit, vt Maria Bolena maior natu soror, cùm videret Annam Bolenam sibi prēlatam, seque non solum iam à Rege, verùm etiam à sorore contemptam, ad Sere-nissimam Reginam accederet, eamqMarię Bo-
lenę in so-
rorum in-
uidia. iuberet bono animo esse. Quanquām enim Rex tanto suæ sororis desiderio flagraret, tamen fieri nunquām posse, ut eam vxoris loco duceret. Cuius enim fœminæ sororem (ait *Maria Bo-lena*) quis cognouerit, eam ipsam fœ-minam in vxorem accipi leges Eccle-siæ vetant. Quòd autem me (inquit) Rex cognouerit, neque ipse negabit, & ipsa ego id corām affirmabo, quoād

DE SCHISMATE

viuam . Iam si sororem meam
non duxerit , neque tuam Serenissimam
tatem repudiabit . Serenissima Regina
gina cum gratias egisset , omnia se
quæ facienda aut etiam denunciandi
viderentur , de aduocatorum consiliis
facturam dixit . *Henricus* verò , nō tan
Ecclesiasticarum legum , quām *Caro*
Cesaris metu reprimebatur , quòd pro
bè sciret , nec illum æquo animo latu
rum materteræ suæ repudium , & suo
subditos indignè laturos , si reliquit
Burgundicæ domus antiqua societate
quacum omnes iamdiu quæstuo
vtrinque cōmercia exercuerant , cum
Gallis noua & dubia foedera inirētū
Vidit præterea virtutes *Catharinæ* om
nium bonorum animos in amore
ipsius & admirationem conuertisse
Annam contra , pro meretrice passim
haberi , *Volsæum* , cui totius regni sui
administrationem commisisset , iam
non

*Henrici
biffigatio.*

non amplius diuortij causam, vt antè
solebat, vrgere: denique, omniū quæ
ageret Deo reddendam esse in vltimo
die rationem. Quæ cogitationes ita il-
lum nocte ac die fatigabant, vt incer-
tus consilij, expers (omni, dubius ami-
corum, certus hostium, addo, & con-
scientiæ suæ testimonio cōdemnatus,
insuauem sibi vitam degere videretur.

Sed cū *Annae Bolenæ* amplexibus, pre-
terquàm si eā pro vxore haberet, frui
penitus nō posset, audiret autē a non-
nullis illegitimum esse quod cum *Ca-*
tharina inierat matrimonium, sciret ^{spes Henr.} *rīci.*
verò, se tām bene meritū de Papa *Cle-*
mente, vt certò speraret, illum omnia
facturum, quæ ab eo postulasset, &
per authoritatē eius tām vicinos prin-
cipes, quām subditos suos placatum
iri: à concupiscentia sua viētus, obfir-
matissimo animo decreuit, *Catharinā*
repudiare, *Annam* ducere, Cæsarem,
cui

DE SCHISMATE

cui & Galli, & Veneti aduersabantur
contēnere. Et certè si non is esset pap-
Romanus, quem ob Patri sedem qui
Lucr. 22. tenet, ipius Christi potentissimæ pro-
cess in fide confirmassent, liquidò ap-
parebat omnia facturum *Clementem*
quæ Rex ipse optasset.

*Plutua-
tio Volsei.* Dum Rex ita esset affectus, etiam
huc illucque rapiebatur, modò ga-
dens, Imperatorem ab Henrico negli-
gi: modò Annam Bolenam ad summu-
dignitatem euehi dolens: modò tr-
mens, ne Rex, ipso contémpto, alio-
curandi sui diuortij modos quæreret
modo sperans, regis animum ab *Ann*-
Bolena tandem auocari, & ad nuptias
cum Christianissimi regis sorore con-
trahendas adduci posse. Vt cūque id
euenturum erat, ipse a dominandi li-
bidine superatus, omnē sibi ipsi vim
attulit, vt Regis expectationi satisfa-
ceret.

faceret. De vtriusque igitur sententia statuitur, *Stephanum Gardinerum iuris consultissimum virum, qui prius in familia Volsæi versatus, nuper cœperat à secretis Regi esse*, ad Papam vna cum *Francisco Briano* mittendum. Hi ut gratiores Pontifici essent, in itinere cum *Venetis*, *Henrici Regis nomine*, egerunt, vt *Rauennam* redderet Sodi Apostolicæ, quod tamen *Veneti* facere tūc recusarunt. Indè ad urbem Veterem, vbi Papa erat, accedentes, postquam de libertate ei redditæ gratulati essent, hæc duo capita proposuerunt, prius, vt sua Sanctitas ad foedus illud recens, quod inter Anglum & Gallum percutiebatur, seipsum adiungere dignaretur: posterius, vt matrimonij *Henrici* cum *Catharina*, fœmina quidem optimæ & nobilissima, sed tamen quondam germani fratri sui coniuge præter legem naturæ (vt aiebant) contractum,

DE SCHISMATE

authoritate sua irritū declararet. Nam
in ea re obreptum *Iulio secundo* fuisse,
cui contra ius diuinū dispensandi nul-
Perterre- factio Pa- pa.
lam fuisse potestatem. Qui scrupulus
quanquam domi Episcoporum An-
gliæ iudicio ab animo Regis eximi
potuisset, tamē, ut ne qua fūspicio Ce-
sari oboriretur, tanquam in solius Re-
gis gratiam Episcopi Anglicani ho-
fecissent, maluisse Regem hanc cau-
ſā ad summū totius Ecclesiæ tribuna
referre. Posse verò suam Sanctitatem
hujc morbo facilimā adhibere medi-
cinam, propterea quod ea sit dominus
Catharinæ sanctitas, tale austerioris vi-
tæ studium, ut postquam mutuo con-
ſensu diuortium fuerit interpositum,
illa non difficulter sit in monasterium
aliquod fese abditura. Iudices vero
huius negocij quos dari posse melio-
res, quam lectissimos Cardinales *Can-*
pegium & Volsæum, quorum alter in
AD

Henda- cium.

Indices petiti.

Anglia degens, causam optimè perspectam habeat, alter sub *Leone decimo* in Angliam cùm potestate Legati missus, res Anglorum non penitus ignoret?

Papa vbi gratias & Regi, & ipsis ^{respōsum} egisset, & cur in Gallicum fœdus in- ^{pape.} trandum sibi non putaret, rationē redidisset, quòd ad causam diuortij attinebat, eos cum certis Cardinalibus & ^{Prima} theologis de ea re agere voluit, profes ^{causæ de-} sus, si hoc quod Rex petebat, legitimè ^{legatio.} fieri posse cōstaret, se non modo idipsum libēter facturum, sed etiam seriò sibi gratulaturum quòd occasio esset oblata tanto Principi gratias referendi, qui, & libro doctissimo pro septem Ecclesiæ Sacramentis conscripto, de tota Ecclesia optimè esset meritus, & præterea Sedem Apostolicam nuper propugnasset, maximeque omnium, suam ipsius personam ex manibus ho-

D ftium

DE SCHISMATE
stium ereptam & vindicatam perpe-
tuò sibi deuinxiſſet.

Delegato- Cardinales & theologi rationibus
rum Car- atque argumentis Legatorum perspe-
dinalium *Etis,* vno consensu responderunt: Ma-
sententia. trimonium Henrici cum Catharina ra-
tum & firmum esse, nec ullo diuino
Leuit. 18. iure prohiberi. Nam quicquid in Le-
uitico, de turpitudine uxoris fratris nō
reuelanda, legatur, id necessariò ita in-
terpretandum, ut, ne repugnet ei leg-
Deut. 25. quod postea in Deuteronomio prae-
cipit superstiti fratri, ut fratris absque
liberis defuncti uxorem ducat. Au-
chim has leges pulchrè consentire, &
posteriorem nihil aliud quam priori
exceptionem quandā esse: aut si con-
trariæ essent, non priorem posteriori
sed posteriorē quæ in Deuteronomio
extat, derogasse priori quæ in Leuiti-
co traditur. Quod vero verbum Iohannis
Baptistæ laudassent, quo dixit ad Herodem:

*dem: Non licet tibi habere vxorē frā-^{Marcii 6.}
tris tui, Ioannem tunc egisse de tali He-
rodis fratre, qui & viueret, & Itureæ ac
Traconitidis Tetrarcham ageret, & filiā
ex se genuisset: cùm Arthurus Henrici^{Lucas 2.}
frater nec iam viueret, nec prolem ex
se reliquisset. In causa igitur tām per-
spicua iudices dandos non esse, maxi-
mè in Anglia, vbi omnia in potestate
Regis futura sint, & præsertim tales,
qui ob multa beneficia de Regis Hen-
rici manibus accepta, maiorem in mo-
dum ei sint obstricti.*

Cūm hoc responsum doctori Ste-
*phano significatum esset, ad Papam re-<sup>Replicatio
Legatorū.</sup>
uersus, dixit, primūm alijs theologis
in vrbe aliud videri, deindè si matri-
monium Henrici iure diuino interdi-
ctum nō fuisset, tamen Regem osten-
surum, ipsius Iulij dispensationem mi-
nimè fuisse canonicam, aut legitimā.
Illud se maximè omniū mirari, quod*

D ij iu

DE SCHISMATE

iudices qui priuatis non negarentur,
tanto & tam bene merito Regi dan-
dos non esse dicatur. Benignius res-
ponsum se à sua sanctitate expectare.

*Pape in-
terlocutio.* Faciam (inquit Pontifex) Regis causa
quicquid iure mihi facere licebit. Cæ-
terum agitur iam non de causa huma-
ni iuris, verū de matrimonio fidelium,
quod, cum sit sacramētum à Christo
institutum, nihil in eo nobis innouare
licet: & agitur de matrimonio dissol-
Mattib.19. uendo, quod à Deo coniunctum ho-
mo non separat: & agitur de tali ma-
trimonio dissoluendo, quod autho-
ritatedecessoris mei contractum, vi-
ginti annorum cohabitatione mun-
tum, etiam prolis fructu sit corrobor-
atum. quid? nonne agitur etiam de
honore tam Catharinæ principis, quæ
Caroli Cæsar is? Et quis præstabit, ne
hoc diuortium magni alicuius belli
causam prebeat? Meiautem officij est,

videre, ne quid turbarum, quibus ob-
 stare queam, in Ecclesia Dei oriatur.
 Clemens vbi hęc dixisset, iterum Regis
 causam alijs Cardinalibus & theolo-
 gis cognoscendam cōmisit. Ibi quan-
 quam nonnulli dicerent æquius hanc
 litem Romæ, vbi omnibus ex æquo
 ius dicebatur, quam in Anglia, vbi re-
 gis arbitratu omnia fierent, deciden-
 dam esse: tamen alij, negotia Ecclesia-
 stica politicæ rationib[us] interpolan-
 tes, multis verbis quæsti sunt de hære-
 fibus nuper in Germania obortis, deq;
 ceterorum principum, in propugnan-
 da fide, nimia tepiditate: quare cum
 Henrico fidei Catholicæ acerrimo de-
 fensore clementius agendum, præser-
 tim cum dicatur, ipsam Reginam in
 monasterium ingredi paratam esse. Et
 sanè illud videri durissimum, vt, ne iu-
 dices quidem ij dentur, quos tantus
 Rex petit, cùm potius, dum lis apud

D iii eos

secunda

causa de

legatio.

Politica
rationes.

1

2

3

DE SCHISMATE

4 eos agitatur, sperandum sit, Regis animum, si qua in re nunc sit depravator, ad officium paulatim reuocatū iri.
5 Saltem quid obstare, quò minus periculum fiat? Semper enim Papæ integrum fore, ut causam ad se reuocet.
6

*obreptum
vxp.e.* Hęc autem posterior sententia vix iuit apud Clementē, partim gratię Henrici nimium dantem, partim nihil omnino suspicatum, quòd falsa essent illa omnia quæ de Catharinæ vel assensu, vel monastica vita obtenderentur. Dati sunt ergo iudices, Laurētius Campegius, & Thomas Volsæus, presbyteri & episcopi cardinales. Regina vero licet de his qui ad Vrbem mittebantur legatis, certior facta non esset, tamen simulac tale quid suspectū habere cœpit, tūm à Pontifice per literas petitione qua legatio in Angliam de hoc diuinitio cognitura mitteretur (nā hoc nihil esse aliud quam regē in sua cau-

sa iudicem facere) tūm Imperatorem
 tām de *Volfæi* suggestione, quām de
 Regis instituto certiorem fecit, sum-
 mis precibus contendens, ne materte-
 ram suam defereret, cui omnes istæ
 inimicitiæ ob solius Cæsaris odiū su-
 stinendæ sint. Quæstus est apud Pon-
 tificem Cæsaris legatus tām de nuncijs
 à Rege Angliæ in urbem, inscia Re-
 gina, cuius tamen cœta hæc præcipue
 erat, clanculum missis, quām de iudi-
 cibus à Pontifice datis, antequām ad-
 huc quid Serenissima Regina pro se
 allatura esset, audiuisset. Quæ scandala
 hinc oritura, cùm Cæsar materteret suę
 causam contra iniurias *Henrici* propu-
 gnauerit? Quem statum rerum in ipso
 Angliæ regno expectandum, quando
 pessimi quique regiam libidinem fo-
 uentes, omnibus honorum gradibus
 præficiuntur, soli autem boni & fide-
 les viri, ob solius Dei timorē causam

D iiij Re

DE SCHISMATE

Reginæ propugnantes , omni hono-
ris gradu deturbati fuerint?

Anno Do. 1527. Pontifex cùm intellexisset sugge-
stionem regis falsam fuisse , quatuor
Poenitentia nuncios celerrimo cursu , diuersis iti-
Pape. neribus ad *Campegium* misit , per lite-
ras ei mandans , primùm ut in itinere
quàm tardissimè progrediatur , dein
dè cùm in Angliam venerit , omnem
operam ad Regem cum Regina con-
ciliandum interponat . Sin hoc obti-
neri non poterit , Saltē ne vllam pro-
diuortio sententiam absque novo &
expresso ipsius Pontificis mandato fe-
rat . Hoc (inquit) summum & maxi-
mū sit mandatū . Alijs verò literis *Vt-terbio* datis , planè significat , si de sua
tantùm persona ageretur , se omnia
pericula in regis *Henrici* gratiam sub-
iturum : sed nunc illius voluntati abs-
que iniustitia , & publico scandalo
satisfieri non posse .

Can

Campegius nonis Octobris Londi-
 num ingressus, & à Volsæo ad Regem
 deductus, omnia studia & officia Pō-
 tificis, Cardinalium, Cleri, ac Popu-
 li Romani nomine, Henrico regi tan-
 quām liberatori vrbis detulit. Cui,
 Regis nomine, cùm Foxius respondis-
 set, Rex & duo Cardinales remotis
 arbitris, de suis rebus multūm & diu
 collocuti sunt. Aduentus Campegi
 fuit vniuersis regni ordinibus longè
 ingratissimus, quòd passim dicerent
 eum accessisse, vt Regem à sanctissi-
 ma vxore sua disiungeret. Præcipue
 autem, Regina in luctu & lachrymis Reginae
 nocte dieque egit. Quam cùm per mæror.
 occultos nuncios consolari Campe-
 gius niteretur, eandémque, vt religio-
 nem aliquam spontè susciperet, vita
 saltem tuendæ causa, hortatus esset, il-
 la intrepidè respondit, sibi constitu-
 tum esse, matrimonium suum quod

Ec

DE SCHISMATE

Ecclesia Romana legitimum semel
iudicasset, constantissimè tueri, nec
illum recipere iudicem, qui per aper-
ta mendacia potius à Rege extortis,
quām à Pontifice missus fuisset. His
campegiū
littere ad
span. verbis intellectis, *Campegius* ad Ponti-
ficem scribit, tūm quid animi Re-
ginæ sit, tūm quantoperè instet Rex
ut causa absoluatur, itemque collegi-
suum *Volsæum*, qui prior sit in ordinis
iudicum scriptus, totum ad matrimo-
nium separandum esse intentū : qua-
re Sanctitatem suam debere primo
quoque tempore, quid ei faciendū
censeat, præscribere. Dissimulant
autem Pontifice, nec aliud quām di-
lationes quærente, ad sex ferè menses
Anno Do. hoc est, à nonis Octobris, usque ad
1528. quintum calendas Iunij, à causæ co-
gnitione cessatum est. Rex autem vi-
dens populū indignari, quòd potiu-
sæ meretriculæ causa, uxorem tam
illu-

illustrem repudiare conaretur: sexto
idus Nouembris principes ac plebem ^{turamen-}
conuocans, iuratō affirmat, se non ^{tū Regis.}
alicuius fœminæ amore captum, sed
solo conscientię scrupulo adductum,
vt hanc litem intenderet. Nam quid
sua coniuge sanctius, quid nobilius
esse? nec sibi aliud in ea displicere, quā
quod fratris sui vxor prius fuisset. Qui
eum iurantem audiebant, impuden-
tiam viri satis admirari non poterant.
Tot enim stupra & adulteria quæ pas-
sim committebat, facile clamabant,
eum non tam religiosè pium esse, vt
scrupulis conscientię suæ multùm
torqueretur.

Campegius Regi suasit, vt hanc cau-
sam non inimica litigazione decidi,
sed mutua gratia componi pateretur.

Cùm Regi consilium placuisse, de ^{Legati ac.}
illius voluntate accedunt Cardinales ^{cedunt ad}
ad Reginam, acturi cum illa, vt aliquē ^{Reginam.}
reli

DE SCHISMATE

religionis habitū susciperet. Sed vix iā
prefati erāt se à Pōtifice missos ut cog-
noscerent vtrū ipsius cū Rege matri-
moniū esset validū nec ne? cūm illa
Reppōsum Reginę. orationē ipsorum interpellans, Rem
(inquit) actam agitis, & actam non
solum in senatu duorum regum pru-
dentissimorum , sed & in Romano
consistorio, itémque à Papa *Iulio* trāf-
actam, viginti annorū cohabitatione
firmatam , fructu prolis stabilitā, or-
bis Christiani gratulatione & iudicio
corroboratam. Sed hanc ærumnam
meam tibi yni (*Volsæe*) acceptam fe-
ro , quam tu odio tanto prosequeris,
vel quòd ego ambitionem tuam &
libidinem æquo animo ferre nun-
quām potuerim , vel quòd Cæsar ne-
pos meus tibi Papatum deferendum
non curauerit. Cūm verò illam & ni-
mio dolore commotam , & mox in
lachrimas resolutam conspicerent, ab
vlte

ulteriore colloquio tunc sibi temperandum putarunt, cætera per nuncios confecturi.

Henricum, festa natalitia ludis, epulis, & spectaculis, ad quæ Cardinales inuitabantur, splendidè transfigentē, & *Annam Bolenam* toto populo asperante, in maximis delitijs habentem, *Volsæus* admonuit, ut saltem honoris sui memor, interim dum lis ageretur, illam pateretur apud patrem suum ^{Anna ab Legatur.} educari. Vix tandem concessit Rex, ut saltē per solemnes Quadragesimæ dies à conspectu suo abesset. Quibus transactis, Rex *Thomam Bolenum* quæ iam Baronem & dominū *Rupe-fortis* creauerat, iubet *Annam* secretò ad comitatum suum reducere: simùlque ^{Anna re-} _{uocatur.} Rex ipse literas amoris plenas ad eam scribens, humanissimè ad se inuitat. Cæterum illa negat se ad illum, qui eam semel tam indignè ablegarit, reditu

DE SCHISMATE

dituram, nec vlo modo mater potuit filiæ persuadere, vt ad regem se conferret. Sed cùm Thomas Bolenus principis indignationem mortis nuncium esse dictitans, monuisset eam, vi nisi & seipsum, & domum Bolenoriam vniuersam perdere in animo haberet, quām primum accederet: Veniam (inquit Anna) sed vbi semel hominem intra vngues meos conclusero, eum ut meritus est, tractabo. Tunc Revt iratam placaret, multò magnificètius quām vnquām ante, nulla sui nominis aut honoris habita ratione excipit.

Diploma
Iulij P^t.
pe oppug-
natur.
In causa verò diuortij sui, cùm animaduerteret omnes theologos & iuris pontificij professores in eo conuenisse, quòd absque Iulij Pontifici venia, qui leges Ecclesiasticas relatabat, matrimonium Henrici cum Catharina nullo modo ratū fuisse: om-

nes neruos in *Iulij dispensatione* infirmāda intēdit. Stephano igitur Gardine-ro & Frācisco Briano qui Romę agebāt, mandatum est ante omnia, ne vlli pecuniae parcerent, sed ingentia munera ijs Cardinalibus & theologis quorū opera illis usui esse posset, vltro offer-rent. Rex verò per legatos à Pontifice petiit primūm, vt *Iulij papæ dispensationem* pronunciaret adulterinam, & ipso iure nullam: deindè vt potestatem faceret, quò *Maria Henrici & Catharinæ filia* cum duce *Richmundiæ eiusdem Henrici filio* notho, successio Regiæ stabiliendæ causa, matrimonio coniungeretur. Illud verò tertium non Legatorum ore, sed sua manu conscriptum & consignatum Rex adiunxit, vt quanquam ipse *Henricus Mariam Bolenam* cognouisset, ex coq-legibus Ecclesiæ prohiberetur *Annā Bolenam* ciuidem *Mariæ* sororem utri

*Mandato-
rū capua.*

2.

*Iam Hen-
ricus fra-
trem et so-
rorem ma-
trimonio
copulare
vellet.*

3.

DE SCHISMATE

rinam in coniugem assumere: tamen
sua Sanctitas, quæ leges ecclesiasticas
moderatur & relaxat, gratiam ei hu-
ius rei, authoritate Apostolica face-
ret. Quod ita conscriptum & peti-

*polus li- tum fuisse, non Caietanus modò insi-
bro 3. pro- nuat, verùm etiam Cardinalis Polus
defensione vniōnis constanter affirmat, additque, Henrī
ecclēsia- cum ita demum hoc ultimum impe-
sticæ. trasse, si antè constitisset, Iulium Pon-
tificem non habuisse ius, priore illa
in causa (hoc est in nuptijs fratriæ)
dispensandi. Hæc Polus. De primo
autem postulato ea ratio inibatur, vi-
legati Regis peterent Iulij decretum,
in quo matrimonium Catharinae cum
Henrico ratum habuerat, circunduci-
& abrogari. Quæ res ut ritè atque or-
dine tractari posset, Clemens dixit, se-
acturum cum Imperatore, ut authen-
ticū illud Iulij decretū quod apud Cx-
sarem extabat, aut in urbem Romam,*

au-

aut certè in Angliam ad Legatos suos
transmitteretur. Instabant Legati Re-
gis, vt nisi Carolus intra duos menses ^{petitio Lé-}
^{gatorum} proximè secuturos decretum *Iulij ex-*
hiberet, sua Sanctitas illud pronun-
ciaret irritum ac nullum. De qua pe-
titione cùm Cardinales *de monte*, &
quatuor *Coronatorum*, episcopus *Simone-*
ta, & theologi quidam, ex manda-
to Pontificis cognouissent: visa est
omnibus iniquissima, tām ob tempo-
ris præscripti breuitatem, quām ob
inusatūm edicti modum. Itaque ^{Interlocutus}
Pontifex interlocutus est, se hac ^{tio papæ.}
de re ad Cæfarem scripturum, à quo
non putabat se plus minis & sum-
mo iure, quām solo æquitatis nomi-
ne obtenturum. Contrà verò Lega-
ti dicebant, nihil sibi curæ esse vt Bre-
ue Apostolicum exhiberetur, nisi ad
constitutum dicim id fieret.

Cùm autem hæc res magnam Pon-
E tifici

DE SCHISMATE

21. April. tifici molestiam afferret , per literas
Anno 1528. cum Legato suo *Campegio* expostularat,
quod eiusmodi mandata Romā per-
ferri passus sit, quae in Anglia præcidi
oportuisset, nec spē vllam de reb⁹ eius-
modi quæ cōcedi nunquam possent,
à Pontifice impetrādis fieri. In earum
literarum extremo quæstus est (qui
Minę 1e. Papæ fuerat à secretis) *Ioannes Baptista*
gatorum *Sanga*, Legatos Regis, præ orationis
Henrici. vehementia , magnum malum Sedi
Apostolicæ minatos, nisi Rex voti sui
compos fieret. quasi verò (ait) sua Sar-
citas ab officio recedere debuerit,
etiamsi totum orbem lucratura esset,
aut quasi minarum istiusmodi execu-
tio non primū illis ipsis qui minan-
tur, plurimum detrimenti sit allatura
si rex videlicet , ob explendā libidine
suam, vt domi, suæ vxori, sic foris, Se-
di Apostolicæ, hoc est, radici & matri-
ci ecclesiæ Christianæ, libellum repu-
di

dij daturus esset. Atque hinc quidem certissimò constat Legatos eò usque ^{Nota.} Regis animum exploratum habuisse, ut potius fidem vñà cum vxore ab ij- cere veller, quam *Anne* amplexibus pruari.

Quapropter cùm *Henricus* ex Le-
gatorum suorum literis intellexisset
Papam nihil corū quæ peteret, absq;
conditionibus adiunctis concessisse:
timiceret verò ne inter Christianos prin- <sup>Colloquii
Camer-
cense.</sup>
cipes, generalis quædam pax (qua de
re Camerati tunc disceptabatur) com-
poneretur, qua fieret, vt & Papa illi
minus deberet, & Imperator maiore
potentiam acquireret, & Galliarum
Rex, filijs receptis, *Henrici* ope minus
indigeret, atque ita vndique desertus,
nec veterem vxorem repudiare, nec
Annam ducere, saluis rebus suis pos-
set: re prius cum *Volsæo* & aduocatis
communicata, *Campegium* renitētem,

E ij se

DE SCHISMATE

1529

seque, ob decretum Iulij nondum co-
ram exhibitum, iustissimè excusan-
tem, quin & à Pontifice absque nouis
mandatis, de causa illa ulterius cogno-
scere prohibitum: tamen ministris, blan-
ditijs, muneribus, importunitate ei-
adegit, ut cùm de vita etiam sua, nihil
Regis volūtati satisfaceret, in dubiu-
An: Do.
1529.
veniret, tandem, vñā cum Volsaeo, Lo-
dini, quinto calendas Iunias, in cœna
culo fratrum ordinis D. Dominici, tu-
legati de bunal concenderet. Mandatis igit
causa con-
gnoscunt. Papē ante omnia recitatis, nominatis
euocant primū regem Henricum, cui
ius vice duo procuratores aderant: de
indē Reginam, quæ ipsa in medium
prodiens, cùm protestata esset, se in il-
los tanquā iudices suos non assentire
ad Papam prouocauit. Sed cùm app-
licationem legati non admitterent, nihil
Regina scripto quodam Apostolice
doceret, mandata ipsorum esse revo-

ca

cata, proximo die quo in iudicio con-
fessum est, Regina iterum affuit, ac ^{Appellatio}
tum quidem, proposita solenni exce- ^{Regine.}
ptione, rationes cur ad P̄tificem pro-
uocaret, has expressit. Primum, quod
locus iudicij parum æquus videretur.
Nam se in Hispanijs natam, ibi esse pe-
regrinam: *Henricum* qui huius litis au-
ctor sit, eundem esse totius Angliae
regem. Deinde, personas iudicium
non solum Regi deuinctas, verum &
subiectas esse, *Volsæum*, ob *Vintonien-*
sem & *Eboracensem* episcopatus ac mul-
tas Abbatias: *Campegium*, ob *Saribru-*
riensis ecclesiæ ex dono Regis adeptū
episcopatum. Postremò, sanctissimè
iurat, se non nisi timore iustissimo ad-
duci, ut horum iudicio hoc in loco &
hac in causa stare recuset. Quanquam
verò iudices in Regis gratiam nollent
appellationem *Catharinæ* recipere, ia-
men cùm sententiam repudij non fer-

DE SCHISMATE

rent, nihil quòd Regi gratum esset,
*Henrici
in iudicio
oratio.* facere videbatur. Itaque *Henricus ipse* in iudicio scipsum sistēs palām dixit, non odio Reginæ, sed scrupulo conscientię, & doctissimorum hominum iudicijs se impulsum, ut, quanquam domi haberet Cardinalem Eboracen sem de latere Legatum, cui soli potestas ad litem hanc decidendam delegari potuisset, tamen declinandæ iudiciorum causa, hos iudices à Pontifice Romano, summo Ecclesiæ capite, impetraret, quorum sententiæ quæcumque illa futura esset, se acquieturum contestabatur.

*Regine
supplica-
tio.* Postquam Rex perorauerat, Reginæ vrbegbat, ut appellatio quam interposuisset, iudicibus probaretur. I lis negantibus, cùm ad luxam subfuisse disset, de loco suo surgens, Regen qui ad dexteram sub conopæo confundebat, adiuit, genibusq; flexis ab illius

supplex precata est , ut quoniam in suo regno ageret , ipsa vero peregrina esset , liberam ei potestatem ficeret , Romæ , apud communem omnium Christianorum patrem atque etiam iudicem ipsi Regi probatum , litem istam persequendi . Assurgens Rex , & benignissimis oculis eam intuitus , hanc se illi potestatem facere dixit : populo interim qui vultum veriusque coniugis , & gestum spectabat , minimè sibi à lachrymis temperante . Discedit ergo Regina ex loco iudicij . Cui , cùm statim esset nunciatum , ipsam à Rege & iudicibus reuocari , Parebo (inquit) marito meo , non item iudicibus . Sed cùm à procuratoribus suis admonetur , si verba interpositæ appellationis , sua in iudicium reuersione oppugnaret , eam rem detrimentum causæ ipsius allaturam : hac proposita Regis

E iiiij nun

DE SCHISMATE

nuncio excusatione, ad Baynardi ar-
cem, vndē illuc venerat, reuersa: toti
consilio suo dixit. Hodiē primū, ne
causæ meæ nocerem, dño meo Regi
non parui: sed cùm proximè eum vi-
*Humili-
tas Regi-
nae.*
dero, flexis genibus, hanc culpam de-
precabor. O coniugem meliore ma-
rito dignam: nisi quod, hoc persecu-
tionis genere, Deo visum erat immat-
cessibilem gloriæ coronam *Cathari-*
næ præparare.

Iulij di-
ploma im-
petitur.
Henricus verò qui tantūm ne inur-
banus videretur, ad temporis mo-
mentum precibus Reginæ assenserat,
evestigiò Legatos ad sententiam fe-
rendam *Iuliique* Papæ decretum abro-
gandum omnibus modis premebat.
Exemplum igitur Pontificiæ dispen-
sationis cùm in iudicio exhibitum es-
set, Regis procuratores ex multis ca-
pitibus contendebant, id satis firmū
ad statuendas *Henrici & Catharinæ* nu-
ptias

ptias non fuisse.

Primum, quod in eo Iulij decreto
de nuptijs quidem, non item de spon-
salibus contrahendis, mentio habe-
retur: cum tamen, & principes spon-
salia primùm contraxerint, & in causa
quæ à iure Canonico aliena fuerit, ex-
tensio nulla sit admittenda.

Deinde, quod impubes Henrici
ætas commemorata in decreto non
fuisset, cum is non nisi duodecim an-
norum tunc esset.

Tum autem, quod *Henricus* iam
factus pubes, protestatus esset, se nol-
le *Catharinam* ducere.

Præterea, quod cum haec nuptiæ ob-
pacis bonum inter *Ferdinandum* atque
Elizabetham Hispaniæ, & *Henricum*
septimum Angliæ, reges, retinendum,
permitterentur: eaque dispensationis
Pontificiæ finalis causa fuerit, tamen
nec impubes *Henricus octauus* de bo-

no

1.

2.

3.

4.

DE SCHISMATE

no pacis cogitasset: nec *Elizabetha*
Henricus septimus tunc vixissent, cùm
nuptię celebrabantur.

5. Quid quòd *Catharinæ* & impu-
beris *Henrici* nomine, preces Ponti-
fici offerebantur, cùm tamen istorum
Principum nulla intercessissent man-
data, quorum vi parentes eorum, ho-
pro illis iure agerent. Falsam ve-
narrationem totum id quod petitum
vitiare.

6. Postremò, cùm iste nuptiæ dup-
ci obstaculo impedirentur, uno am-
nitatis, quod ex carnali copula *Ca-
tharinæ* & *Arthuri* oriebatur: altera
iustitiæ publicæ honestatis, quod
solo earum nuptiarum contractu
etiamsi nulla copula subsecuta esse
promanauit: in *Iulij* autem decretu
solùm affinitatis impedimentum re-
laxaretur, de impedimento autem iu-
stitiæ publicæ honestatis ablato, nullus
ficus

fieret mentio: hinc aiebant effici, ut
hoc posterius impedimentum non
ablatum, has *Henrici & Catharinæ*
nuptias faceret illegitimas, & ipso iu-
re nullas. Hæc illi.

Quamquam autem Regina nihil sibi negocij volebat cum illis iudicibus esse: tamen procuratores ipsius, ut ne iure aut æquitate destituti putarentur, omnibus aduersariorum argumentis quam primum responderunt. Dicebant igitur, sublato semel per *Iulij* papæ authoritatem, ecclesiasticæ legis impedimento: effectum quoq; omnem, ex illo profectum, eadem opera sublatum fuisse: ut iam ipsis Principibus ex equo licuerit, tam spōfalia, quam matrimonium, velut iure communi contrahere. Vbi enim quicquam ob grauem aliquam causam permittitur, omnia sine quibus ad illud perueniri non potest, si mul

Responsū

procura-

torum re-

gine pro

diplomate

tulij.

DE SCHISMATE

mul permissa intelligūtur: ne alioqui
nihil ageretur. Impuberē verò Henricā
non potuisse adhuc aliud quām spon-
salia inire. Quid quòd post matri-
moniū, Pontificis venia ritè contra-
ctum, stultè dubitari asserebant, vtrū
licuerit Principibus sponsalia contra-
here nec ne? Cùm enim sponsalia,
quæ matrimonium subsecuturū spō-
dent, nec ad matrimonij constitutio-
nem necessariò requirantur: & tamen
semel adhibita, eidem non aduersen-
tur, sed maximè omnium subser-
uiant, partim concessò matrimonio,
etiam sponsalia intelliguntur conce-
sa, & ideo valebant: partim etiam si
non valuissent, nocere tamen subse-
l. vnicā. cuto postea solemni matrimonio nū-
Cod. de rei vxor: quām possent, cùm & hoc sine illis
act. per se constet, & quòd superuacaneè
adijcitur, nunquam id, quod suo iu-
re subsistit, viciare debeat. Neque
hanc

hanc causam à iure Canonico alienā ^{Ad secū-}
fuisse , quin potius adeo plausibi- ^{cundam}
lem, vt si Canonis auctor de illa co- ^{partem}
gitasset, omnem operam daturus fuis- ^{prime ob-}
set, vt tanto bono publico, nuptiæ in- ^{iectionis.}
ter fratrem superstitem & defuncti
vxorem inirentur: & tamen, in quali-
bet odiosa causa, permisso matrimo-
nio, sponsalia, quod nihil aliud sint,
quam inchoatum quoddam matri-
monium non intelligerentur prohi-
bita.

Ad rem vero non attinuisse, ut im- ^{Ad secum}
puberis Henrici ætas describeretur, ^{dam ob-}
propterea quod ea sola cuiusq; rei aut ^{iectione.}
personæ qualitas necessariò exprimē-
da esset, quæ iuri obsisteret, & cuius
mentionem fieri manifesta iuris ratio
postularet. Ea fuit in hac causa, non
impuberis ætas, quam ad effectum à
natura pendentem supplere Pontifex
non poterat, sed affinitatis conditio,
quæ

DE SCHISMATE

quę nuptijs obstabat , & in diploma-
tæ expressa fuit.

Adde his, quòd in causa matrimo-
nij, in quo nihil aliud ad pubertatem
necessarium est , quām vt coire cum
fœmina quis possit, certum non est il-
lum esse impuberē , qui sit duodecim
ad vita-
tem epist.
131. annorum. Hieronymus enim ait , Salo-
monem & Achaz , ætatis vndecimo ac
duodecimo anno, filios genuisse. Imo
etiam inter priuatos prætermissa duo
decim annorum ætas, decretum Papz
non vitiasset, quia tām exigua & leuis
qualitas expressa, nūquām Pōtificem
à maiore aliquo bono prouehendo,
retardasset, quantò minus putandum,
quòd inter potētissimos principes, Pa-
pa, qui pacis conseruatorē se prēdicat,
tām ingensbonū publicę pacis plurimi
regnorum , ob hoc solū impediturus
esset, quòd Henricus non nisi duode-
cim annorum haberetur? Principibus
enim

enim, quos Deus ipse legibus huma-
nis videtur soluisse, maiora quædā me-
ritò à Pontificibus indulgeri solent.

Protestationem verò iam puberis *Ad tertiam obiectionem.*
Henrici, de qua *Catharinam certiorem*,
nunquam reddidit, nihil omnino *Ca-*
tharinæ obfuisse: quanquam, cùm nu-
ptiæ solennes postea subsecutæ, prio-
rem protestationem quamlibet solé-
nem, irritam reddidissent, perquām ri-
diculè nunc, post nuptias contractas,
obtendi quòd *Henricus* semel dixisset,
se nolle *Catharinam* ducere. Dixit, at-
duxit tamen. Potius facto publico,
quām verbo priuato credendum esse,
præsertim, cum factum hoc, & poste-
rius fuerit, & in sacramentum Christi
transierit, & tot annorum cohabita-
tione, & nobilissimo prolis pignore,
stabilitum fuerit & confirmatum?

Nam quòd putarent impuberem *Ad quar-*
ta obie-
adhuc *Henricū* de bono pacis minimè *Etionis pri-*
mā partē.
co

DE SCHISMATE

cogitasse, cur eum, qui ob duodecim
annorū ætatem, pubertati proximus,
& doli capax erat, quinimò qui gra-
uium etiam criminum reus esse pot-
erat, solius virtutis, & sancti desiderij
capacem negarent? Potuit, commissio
etiam homicidio, mereri æternā mor-
tem, & non potuit optare bonum pu-
blicum, aut ea quæ ad æternam vitam
spectant? Hanc absurdam & irreligio-
sam opinionem boni mores condem-
nant, sancte leges rejciunt, pijs iudice-
non admittunt, etiamsi quis illam te-
stibus atque instrumentis probatu-
rum affirmaret. Præterea, si filius bo-
num pacis non optauit, at pater, in cu-
ius potestate erat, id pro illo, & ad il-
lius utilitatem fecit, sicut & pro illo
credidit, cùm adhuc infanti sacramen-

*Ad secun-
dam par-
tem.* tum fidei conferendum curaret. Nec
in his nuptijs permittendis, Pontifex
priuatas Elizabethæ Hispaniarum Re-
ginae

ginæ, atque *Henrici septimi* personas,
sed publica officia, & regiam condi-
tionem spectauit, quæ vnà cum illis
non est mortua, sed ad h̄c redes eorum
Henricum octauum & Catharinam vnà
cum regnandi iure in Anglia pertran-
fuit. Nam bonum pacis nō certarum
personarum, sed populi totius bonū
est. Populus autem & ciuitas non mo-
ritur. Plus dicimus: Satis est, quòd
Henricus & Elizabetha impetrati priu-
legij tempore vixerant, cùm illa quæ
ex gratia conceduntur, statim atque
sunt concessa, vim suam & perfectio-
nem ex sola cōcedentis voluntate cō-
sequantur. Ut interim nec illud omit-
tamus, Catholicum Regem *Ferdinan-*
dum, cōtracti matrimonij huius tem-
pore, adhuc superstitem fuisse.

Quòd vero filij parentibus non
mandauerint, ut hanc illis coniugij ve-
niā <sup>Ad quin-
ta obie-
ctionis pri-
mam par-</sup>
niam impetrarent: nihil referre. Quā-
F quam ^{tem.}

DE SCHISMATE

quām enim Pontifex eum qui prece
alterius nomine affert, nisi de mādārō
docuerit, repellere, si vult, potest, ta
men si non repulerit, verū id quo
petitur in causa plausibili & gratiol
concesserit: valet quod agitur, nec am
pliū quāretur, à quo sunt preces po
rectæ, sed tantum, an rescriptum fi
imperatū? quod multò magis in pa
rentibus locum habet, cùm pro fili
aliquid impetrant. Ipsa enim natura
lex docet, parentes filijs thesaurizare
debere, maximeq[ue] omnium, in Re
gibus hoc codē iure ac more utimur
qui multa suis liberis priuilegia po

*Ad secun
dā quin
tā obie
ctionis
partem.*
suos Legatos impetrare solent. Ne
fuisse falsam narrationem quę his ve
bis concepta est, Oblatæ nobis nuper p[ro]p[ter]a
parte vestra petitionis series cōtinebat, &
Pro parte enim Henrici octauij & C[on]f[er]e
tharinæ preces verè offerebantur, sicut
narratio ipsa refert, cùm ad eorum vno

litatem id totū quod petebatur, constet relatum esse. Nec vñquam videri posse parentes, quibus ipse Deus filios commendauit, filiorum mandato in ijs quæ ad rem eorū spectant, caruisse, cùm ipsa filiorum ratio & natura perpetuo quodam gemitu & clamore parentibus manderet, vt ipsis, omni qua possunt ratione, consulant. *Qui enim I. Tim. 5. suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli de-*
terior.

Veniamus iam ad illud ultimum caput, in quo vim maximam aduersarij sitam esse arbitrantur. In precibus Pontifici oblatis hæc verba continebantur: *Dudum inter dominam Catharinam & principem Arthurum Henrici fratrem, matrimonium per verba de praesenti fuisse contractum:* Nonne his verbis satis expresse proponitur iustitia publicæ honestatis impedimentum,

F ij quod

*Ad sexta
obiectionem.*

DE SCHISMATE

quod ex solo nuptiarum contractu oriebatur? In ijsdē verò precibus mox sequitur, Illud matrimonium carnali copula forsitan fuisse consummatum. Nonne hinc etiam affinitatis impedimentum elicitur, si fortè carnalis copula intercessisset? Propterea enim adiectum est illud *forsitan*, ut in omnem euentum matrimonio consuleretur, etiam si carnalis copula, quæ reuera non intercessit, casu quoipam intercessisset. Cùm ergò Papa ex re narrata intellexerit, duas ad summum res obstitit, quo minus *Catharina Henrico* nubaret, vnam, quòd ea fœmina prius *Arthuro Henrici* fratri nupta fuisset: alia ram, quòd ab eodem *Arthuro* forsitan fuisset cognita: idémque Ponit fex tota re intellecta, non modo affinitatis in toto genere, sed huius ipsius affinitatis impedimentum, (quod inter *Henricum & Catharinam* ex nup-

tijs Catharinæ cum Arthuro prius contractis & copula forsitan subsecuta cōsummatis, interuenerat) auctoritate sua sustulerit, nonne eo ipso iustitiæ etiam publicæ honestatis impedimentum, quod copulam carnalem præcedit, multò magis sustulit? Nam si Henrico regi permittitur, vt fratribus vxorem etiam si carnali copula fuisset cognita, tamen ducat: nonne multò magis eam ducere permittitur, si nuptia solum, & non etiam cognita fuit? Hactenus Reginæ procuratores.

Postquam verò carnalis copulæ mentio facta semel esset, Regis procuratores nonnullas leues coniecturas in medium proferebant, quibus docere conabantur carnalem copulā inter Arthurum & Catharinam verè & absque forsitan intercessisse: verbi gratia, quod nuper ex ephebis ambo exceſſissent: quod ab epulis & delitijs ad

Argumē-
ta pro car-
nali copu-
la.

1

2

DE SCHISMATE

thorum coniugalem summa nocte
deducti essent: quod mutuo inter
amarerit. quod legitimis nuptijs coniuic
et i essent: deniq; quod Arthurus man
postridie potum flagitaret, idque (v
aiebant) quoniam diceret se illa no
ste in calida Hispaniarum regione
peregrinatum fuisse.

*Contra car
nalem co
pulam.* At Reginę aduocati has leuissime
coniecturas multis & firmissimis al
gumentis confutabant, primū quod
I Henricus septimus curauerat, vt matru
na grauissima in eodem cum spon
thalamo adesset, quæ ob Arrhuri mo
bum & infirmam valetudinem, carni
cōiungi prohiberet. Deinde quod Se
renissima Regina, que omnium op
timè rem nouerat, apud notarium
quendam publicum, cui nomen era
Ioanni Tolcarno, præsentibus multis E
piscopis ac alijs testibus, iurato alle
ruisset, se post obitum Arthurii princ

pis, mansisse virginem: tūm etiam,
quòd cum D. Catharina palam in iu-
dicio, presenti Henrico regi, dixisset,
ipsum scire, quòd is eam virginē cog-
nouisset: Rex nunquam id nega-
set, atque ideo dum in re tanti præiu-
dicij tacuisset, ei quod opponebatur
assentiri presumēdus esset. Et hēc qui-
dem illi dicebant, sed nos etiam aliud
insigne testimonium adiungamus ex
eo libro *Cardinalis Poli*, quem regi Hē-
rico adhuc viuenti scripsit & inscrip-
sit, in quo ait, ipsum *Henricum octa-
uum*, nihil tunc minus quam de repu-
dio cogitantem, Carolo quinto Impe-
ratori vltrō fassum esse, quòd *Cathari-*
nam adhuc virginem cognouisset.
Hēc *Polus*.

Rursus cùm Regis aduocati literas
Adriani *Cardinalis* qui Pontificis quæ-
stor in Anglia quondam fuerat, reci-
tassent, in quibus dixerat se ex Papa

DE SCHISMATE

Julio audisse, cùm diceret, sibi non videri quòd in matrimonio *Henrici & Catharinæ* dispensationem posset interponere.

Ex altera parte procuratores Regini in mediū protulerunt ipsius *Iulij p^rpæ* literas ad *Henricum septimū*, de hoc sermone, ad eiusdem *Henrici* irogatūn conscriptas, in quibus hęc verba erān

*verba tu
lij pape.* De dispensatione matrimoniali nūn quām negauimus, nec suspiciones prebuiimus, quò minus eam facer vellemus, vt aliqui minus verè dixerunt, sed respondimus nos expectari in illa concedenda tempus magis accommodatum, vt consultius & matru rius fieret, cum huius sanctæ Sedis & utriusque partis honore. Hęc *Iulus.*

*Aduocati
Cathari na.* Erant autem Serenissimę Regin^s aduocati totius Anglię viri optimi & doctissimi. Primūm *Gulielmus V^r* ramus Cantuariensis Archiepiscopus D^r

Deinde quinque Reuerendissimi Episcopi *Cuthbertus Tonstallus* tunc Londinensis, postea vero Dunelmensis: *Nicolaus Vestus Elyensis*, *Ioannes Clericus Bathensis*, *Ioannes Fisherus Roffensis*, *Henricus Stadicus Asaphensis*. Quibus episcopis adiungebantur alij Theologi quatuor, *Abelus*, *Fetherstonus Pouellus*, & *Ridlayus*.

His ergo rebus que ad iuris Ecclesiastici controversias pertinebant, ita constitutis: *Ioannes Fisherus Roffensis* episcopus, non Anglicani tantum regni, sed & orbis Christiani lumen, exemplar sanctitatis, populi sal, Ecclesiæ Doctor, in medium prodijt, & librum pro defensione matrimonij Regis & Catharinæ doctissimè scri-
 ptū, Legatis exhibuit, grauissima ora-
 tione illos admonens ne in scirpo no-
 dum quererent, neue aut scripturarū
 manifestam veritatem, aut leges Ec-
 cle

Ioannis
Epis. Rof.
fensis ora-
tio ad in-
dices.

DE SCHISMATE

clericaſticas iā ſatis in hac cauſa perſpo-
ctas euerti permitterēt: quia imo iterū
atq; iterum cogitarent quāta mala ex
hoc diuortio ſecutura viderētur, vide-
licet, Hērici regis & Caroli Cēſaris odiā
Principum qui eorum partibus adhe-
rent factio[n]es, bella non tantum
externa, ſed & ciuilia, quodque om-
nium eſt grauiſſimū, diſſenſio[n]es in
cauſa fidei, ſchismata, herefes & ſecta-
infinite. Ego (inquit) pro eo ac i[n]
iſta relaboris & induſtriae plurimū col-
locaui, affiſmare auſim, idq; non ſolū
hoc in libro teſtimonijs & ſcripturā
& sanctorum Patrum clarē docui, ſed
Lectus
et ſe-
cū. etiam mei ſanguinis profuſione teſti-
fiſari paratus ſum, nullam eſſe in ter-
ris potestatem, quæ hoc matrimoniu[m]
à Deo ipſo coniunctum diſſoluerit
poſſit aut diſiungere. Hoc vbi Ioan-
nes Roffensis fama doctrinæ illuſtris,
ſanctitate vitæ conſpicuus, Epifcopali
dig

dignitate honorandus, ipsaque canitie venerabilis palam dixisset, quatuor utriusque legis doctores librum a se conscriptum obtulerunt in quo matrimonium Henrici & Catharinæ secundum leges Ecclesiasticas ritè contractum esse planum faciebant. Mox tres libri, singuli à singulis Episcopis compositi, coram exhibiti sunt, quorum auctores fuerunt *Clericus Bathonensis Episcopus, Cuthbertus Tonstallus Londinensis*, (qui tunc legatione pro Rege vnâ cum *Thoma Moro Cameraci* fungebatur) & *Vestus Elyensis*. Hos Episcopos secuti sunt quatuor theologi, *Abelus, Pouellus, Fetherstonus & Rydlayus*, qui affirmabant se Dei & veritatis amore adductos, nihil aliud pro matrimonio *Catharinæ* scripsisse, quam quod secundum scientiam ipsis datum sciebant Euangeli & scripturis sacris consentaneum esse, id quod

libri pro
cathari-
na.

DE SCHISMATE

liquidò appareret, si libros ipsorum,
(sicuti eos non dubitabant facturos)
legere dignarentur. Rydlayus autem
vir catholicus & pius, atque ab omni
Iniquitas assentatione alienissimus, palam que-
judicā. stus est de Legatorū iniquitate, quod
iusiurandum calumniæ, solis Reginz
procuratoribus & aduocatis detulisi-
sent, nihil eos aut dicturos aut scriptu-
ros, aut in hoc genere facturos, quod
non & diuinis & ecelesiasticis legibus
consentaneum esset. Quod si (inquit)
Regis procuratores & aduocati eadē
iusiurandi religione cōstricti fuissent,
iam causa esset acta, nec vel aduersarij
veritatē à nobis stare negassent. Imò
se quamlibet pœnam subiturum, nisi
qui Regias partes tuebantur, ad Regi-
nam statim transirēt, si hoc illis iusni-
randum imponeretur. Tacuerūt om-
nes qui erant ex parte Regis, ac verbā
Ridlayi silētio suo cōfirmare vīsi sunt.

Vol

Volsaeus libertatem dicendi, qua v-
sus est Ridlayus, indignissimè tulit. Tā
*is verò quā *Cardinalis Campegius* quē-*
admodū in causa progrederētur, non
videbant: adeò cuncta iam erant clara
*& contestata pro *D. Catharinæ* matri-*
monio. Rex tamen more suo vrge-
bat, vt ad sententiam secundum se fe-
*rēndam festinarent. *Campegius* verò cū*
nullam excusationem suam Regi pro-
batam esse animaduerteret, nec tamen
contra tam claras probationes, contra
certissimam Papæ voluntatē, contra
iustissimam Reginæ appellationem
auderet secundum Regem pronun-
ciare, tandem audacter liberēque di-
xit, multis se annis in rebus agēdis ver-
satū, multis annis vnum ex duodecim
iudicibus qui causas in Rota Romana
cognoscunt, extitisse, nec vnquam in
causa etiam mediocri (nedum tanta
& tam graui) tantam festinationem

*campegius
excusatio.*

ad hī

DE SCHISMATE

adhibitam vidisse: quin moris esse vi-
cū ad locū sententiæ deuentū fuerit,
triginta toti dies ad testimoniorū au-
ctoritates & momenta examināda va-
cui cōcedantur. Nunc autē vix totidē
præterijsse, à quo primū die, causa Re-
gis palā publiceq; inchoata sit. Et qua-
lis causa? quanti pōderis & momenti?
quātē offensionis & scandali? nisi forte
sacramēti legitimi subita diruptio, ma-
trimonij per vigīti annos corroborata
repentina dissolutio, prolis generosa
atque adeò Regiæ miseranda illegiti-
carolu s. matio, potentissimi Monarchæ irri-
smellexit. tata maiestas, Christiani populi diuul-
sa concordia, auctoritatis Pontificiæ
contēpta dispensatio, parui cuipiā pō-
deris aut leuis momenti esse videatur.
Sibi quidem constitutū esse in re tam
graui, lento potius & seculo, quā præ-
propero & præcipiti gradu incedere.
Hæc vbi Campegius dixisset, subito
muta-

mutatos omnium vultus vidisses: alij
cius libera oratione delectabantur,
alij contra qui ex rebus nouis crescere
optabant vehementer dolebant, alij
cum tacitè apud se lætarentur, tamen
ore tenus dolorem simulabat, ex qui-
bus erat *Volsæus Cardinalis*, qui licet
idem quòd *Campegius* sentire putare-
tur, nihil tamen perindè vrgebat ac
sententię ferendę accelerationem.

Rex cùm videret *Campegium* à re-
iudicanda tam alienum, vt nouas di-
lationes quotidiè interponeret, iudi-
ciumque prèter omnium spem penè
ad finem mensis Iulij extraxisset, ac
tùm quidem Romani moris esse dice-
ret, vt à iudicijs exercendis usque ad
mensem Octobris abstineretur, *Bran-*
donum & Hauardum Duces hunc Nor- ^{nac erat}
folciæ, illum *Suffolciæ*, ad Legatos ^{vis nō ius.}
misit, qui magno principum virorū
comitatu deducti, cùm tertio calédas
Augu

DE SCHISMATE

Augusti ad iudices pro tribunali sedentes venissent, tām Regis quām suo nomine ab eis magnoperē contendebant, ne conscientiam Regis diutius implicatam tenerent, sed tandem aliquid rem totam deciderent ac definirent. Hic autē *Volsaeus* licet prior loco sedisset, conticuit. magno enim timore concutiebatur. *Campegius* vero per eam fidem, qua Deo atque Ecclesiæ Romanæ obstrictus erat, contestabatur, moris esse Romanę curiæ, cuius ipse membrum esset, ut à fine mensis Iulij usque ad quartum nonas Octobris nullum exerceretur iudicium. Si contra factum fuisset, quicquid in eogenere tentaretur, nullius roboris omnino futurū. Quod si Rex illum diceret pro sua patientia expectaret, nihil dubitare, quin omnia ex eius voto successura essent. Instare iterum duces, vel eo ipso die, aut ad summum postridic-

sentētia ferretur. Iterum *Campadius* cū respondisset nullo modo id sibi facere licere, *Carolus Brādonius Suffolciae dux* ^{Rabies} _{Brādoni.} mensam quæ proponebatur magno iectu concutiens, Per sacram (inquit) missam, nemo vñquam Legatorum aut Cardinalium quicquam boni ad Angliam apportauit. Quod ille quidem vel œstro quopiam percitus vel fœdissimo adulandi Regi studio dutus, dixit: quām seuerè autem Deus horum ducum superbiam ac adulatio nem per eundem regem & filios suos, maximeq; per prolem eam quæ ex eo quod ipsi tantopere expetebant nouo coniugio orta est, vltus sit: ea mala testantur, quæ ipsis ipsorumque familijs postea acciderunt.

Duces ex iudicio discedentes, ut ipsi omnibus iracundiæ flammis vrebantur, sic & Regem à libidine sua iamdiu ambustum, nouis etiam furoris & in-

DE SCHISMATE

sani e facibus incenderunt. Papa inter
rim iustissimā Reginę appellationem
Papa car. ratam habens, palam Volsaeo & Can-
sam ad pgio interdixit ne amplius huic nego-
se reuo- tio se immiscerent: causam yero totū
Paulo Capisuccho sacri palatij apostolidi
causarum auditori & Decano cognos-
scendam, ipsique Ponifici dcmū re-
ferendam & explicandam commisi
quem iussit tam Regi quam Regina
diem certum prescribere, quo cauſan-
apud ipsum per legitimos procurato-
res suos dicarent. Quae Pontificis con-
stitutio non Romæ tantum, sed etiam
Brugis & Tornaci ac in alijs vicinijs
Flandriæ ecclesijs promulgata, imo &
in Angliam ad Serenissimā Reginam
transmissa est, ut per eius operam Regi
& Legatis pateficeret.

Regina illustrem Senatorē & tam
ingenio ac doctrina quam pietate &
lebrem Thoman Morum ad Regem
leg.

Thomas
Morus.

legauit, qui diceret, Papam legato-
rum mandata sustulisse, ipsiusque Re-
gem & Reginam ad caulfam in Rota
ipsius per procuratores suos dicendā
euocasse, id se Regis significare, ut sci-
ret, utrum hanc rem ipsi per viatorem
aut eiusmodi publicum preconem
nunciari vellet nec ne. Rex quanquā
ingēti dolore afficiebatur, tamen cum
nihil aliud adhuc satis, deliberatum
haberet, cætera dissimulans, Thomae
Moro respondit, iamdudum constare
sibi de his rebus, nolle autem, ut sue
personę fiat denunciatio, non recusa-
re tamen quo minus Legatis de more
obnuncietur. Locum vero iudicij, tan-
quam vtrique parti communē, uche-
menter sibi placere, daturumque se
operam, ut causa Romę decidatur.
Hec quidem Rex dicebat: sperabat
vero, se per nouos nuncios apud Pa-
pam breui effecturum, ut Legatorum

G ij man

*rex euocat
x papa romana*

*Hypocri-
tis*

DE SCHISMATE

mandata renouarentur , atque ea de
causa , minus iniquo animo id quod
agebatur tunc tulit. Hinc factū est vt
plures ex Reginę procuratoribus ex
Regijs verò vnuſ , vnā cū duobus no-
tarijs ad Legatos qui duodecimo i
Londino lapide simul rusticabantur
ſeſe conſerrent , & hanc rem totam
Legatis exponerent : quo tempore is
quem Rex miseraſ palām teſtatus eſt,
hanc Regis voluntatem eſſe , vt in An-
glia iam deinceps nihil in hac cauſi
fieret , Romæ autem omnia expedi-
rentur . Paruerunt Legati Pontifici
decreto , iamque in ſpem venerāt Re-
gem quoque ſaniora capturum con-
ſilia , cùm ecce , Campegius per litera
Pontificis ad Vrbem omni cum feli-
natione reuocatur . Tunc primū
Rex omni ſpe rei ex animi ſententi
conficiendæ excidens , ſupra quām di-
ci potest , excanduit , omnemque cul-
campegius
reuo-.
car.

pam in *Volsæum* huius diuortij primū ^{super exhb illi. boli.}
 auctorem meritò conferens, se male ^{d mortij an hoc}
 illi velle non obscuris indicijs decla-
 rauit. Quod cùm multi ex principi-
 bus viris (qui *Volsæo Cardinali* omnia
 pro eo ac ipse voluit administranti
 iamdiu inuidebāt) intellexissent, col-
 latis consilijs, multa criminū capita in
 illū collegerunt, eaque suis chirogra-
 phis obsignata Regi tradiderunt. Rex ^{Anno Do.}
 eam rem sibi iucundam esse testatus, ^{1528.}
 tantisper tamen dissimulauit, donec
Campadius è regno discessisset, quod
 ad septimū idus Septembris accidit.
 Cuius etiam discedētis sarcinas excu-
 ti iussit, non alia magis de causa, quām
 vt exploraret si quid forte literarum
Volsæi deprehendere potuisset, nullas
 autem deprehendit. At *Volsæus*, qui
 nihil eorum quæ contra ipsum inten-
 tabantur, sciebat, ad Regem iam pro-
 pè *S. Albanum* in villa quadam agen-

DE SCHISMATE

tem accedens, multa cum illo ac Senatu eius, de iudicio quod Romæ suscipiendum erat, contulit. Stephanus autem Gardinerns, qui Regi erat à secretis, cùm tunc ibidem adesset, sc̄que videret in suspicionem vocari, tanquam Regi huius diuortij auctor fuisset, pālām *Volsæum* rogauit, ut veritatis contestandæ causa, dignaretur coram Rege ac Senatu ipsius planum facere, qui fuissent huius diuortij primi authores. Nunquam (inquit *Volsæus*) ne
volsæi confessio & adulatio. gabο me solum fuisse. Cuius rei adeo me non pœnitet, vt si ea iam ante inchoata non esset, nunc primum inchoandam iudicarem. Quod quidem posterius *Volsæi* verbum auribus regijs datum esse, nemo ignorabat. Licet enim prima diuortij causa verbuerat, tamen cùm videret Regem ad Annam Bolenam animum adiicere pœnituit hominem sui consilij à quo nunc

nunc resiliare integrum ei non fuit, qui
gloriam hominum magis quam Dei
dilexerat. Rex autem eo tempore si-
luit. At cum *Volsæus* post *Campegi* dis-
cessum ad regium comitatum reuer-
sus, ad colloquium illius non admitte-
retur, tunc demum sensit infensum si-
bi esse Regem. Nec ita multo post,
iussu Regis à *Thoma Duce Norfolciæ volsæm*
apprehensus, cogitur se abdicare pri-*spoliatur.*
mùm Cancellariæ magistratu, (quem
statim Rex insigni viro *Thomæ Moro*
contulit) deinde Vintoniensi Episco-
patu, (quem *Stephanus Gardinerus* ex
dono regis accepit) tūm autē palatio
Eboracensi quod rex ipse instructum
ut erat, ornatumque inuasit, denique
pené omnibus bonis exutus, primum
relagatur in villam *Asherensem*, mox
in Eboracensem ecclesiā cui præcerat,
dimittitur.

Quis iam non putasset Regem ab
G iiiij im

DE SCHISMATE

improbo illo incœpto suo desiner
voluisse? Nunc autē obstupescite ca
li super hoc. Ob quod peccatū *Hen
ricus Volsæum* tām seuerè punit, in eo
dem ipse pertinacissimè progreditur
Propter quòd inexcusabilis es ô Res
In quo enim iudicas alterum, teipsum
condemnas. Scimus enim quoniam
iudicium Dei est secundum veritatem
in eos qui talia agunt.

Rom. 2.

Rex ergò partim certos viros
Papā *Clementem* mittit, qui causam d
uortij sui Romæ sustineāt (inter quo
erat *Thomas Cranmerus*, qui postea f
*Nouū su
ci faciēdi
genus.* a
ctus est Cantuariēsis antistes) partim
per totum Galliæ regnum theologos
& iurisconsultos conquirit, qui mat
monium ipsius cū *Catharina* consti
re non posse, obsignatis tabulis affi
ment : vt si forte summus Pontifex
(quòd iam planè apparebat) senten
am contra *Henricum* ferret, tamen fir
mat

cata quædam academicæ authoritatis
species ad tenebras hominū oculis of-
fundendas non deesset. Quod enim
paucissimi quidam, & ij non doctissi-
mi homunciones regijs pecunijs ma-
gna ex parte corrupti in varijs Acade-
mij censere visi essent, id Rex erat, sub
ipsarum Vniuersitatum nomine di-
uulgaturus, tanquam tot doctissimo-
rum virorum tanta collegia ab ipsius
partibus intrepidè stetissent. Cōmis-
sa est huius rei cura primū Reginaldo
Polo Anglo, in quo viro nobilissimi
generis splendor cum probitate mo-
rum & doctrinæ præstantia certabat:
deinde Guelmo Langeo Gallo. Sed cū
Polus in re tam turpi operam nullam
interponeret, Langeus, cui charior erat
pecunia regia, quam propria fama,
quos potuit leguleios & theologast-
ros in suas partes magno precio ad-
duxit. Aderat tunc Parisijs Petrus Fer-

dinan

DE SCHISMATE

dinandus Brasiliensis episcopus, qui (ad
tractatum Aluari Gomesi de coniugio
regis Angliae cū relicta fratri sui, præ
fationē acribens) ait, se oculatū fuisse
testē cius largitionis, quę Hērici nomi
Largitio
Henrici. ne tunc Parisijs facta est. Nonnulli c
theologis (inquit) adulterantes ver
bum Dei , & ambientes fauorem ho
minum , corrupti muneribus & largi
tione Angelorum (quæ moneta cl
Angeli,
alias, An
gelati. Anglis familiaris) inciderunt in laque
um Diaboli , & fauerunt partibus Re
gis contra sui animi sententiā. neque
vereor tām apertè hęc proferre, quan
do testis huius rei sum oculatus. Hęc
ille.

Petr. Bla-
mennia
in ep. dedi-
cator. com
menta D.
Dionisi
Carth. in
4 lib. sent. Id quoque simili largitione frustra
pertentatū fuisse in academia Col
oniensi commemorat Petrus Leidésis,
qui propterea sicut illius vniuersitatis
theologos summoperè de spretis re
gijs pecunijs laudat : sic aliarum quo
rum

rundam gymnasiorum turpissimam
adulationem non tacet. Ita enim scri-
bit. Et nullus vñquam casus potuit
vestram labefactare innocentiam, au-
ctoritatem deprimere , constantiam
superare. Sic nuper cùm Rex quidam
magnus & potens , magno auri pon-
do iperasset à vobis quam petebat sen-
tentiam emete , spredo auro, repulsus,
sensit inexpugnabilem animorū ve-
strorum constantiam. Pudet referre
quid interim ab alijs aliquot per frau-
dem & pretium vniuersitatibus im-
petrauerit : quanquam frustrà vobis
non accendentibus , neque in eandem
vadentibus sententiam , tanta est ve-
stra auctoritas, talis vester est candor,
tale iudicium vestrū &c. Quid, quòd
Crocus quidam simili apud alias gen-
tes largitione Regis nomine vsus di-
citur adeò vt pestis hæc non modò
Parisiensem, Aurelianensem, Andega-
uen

DE SCHISMATE

*Academi
ei quidā
corrupti.* uensem, Tolosanam, Bituricenser
verūm etiam Patauiensem & Bon
niensem Academias peruaderet. Ca
dinalis Polus qui hæc omnia & optim
cognouit, & grauissimè deplorat sc
bit se satis admirari amentiam Regi
nunquām potuisse, quòd tantam p
cuniæ vim effunderet, vt infamiæ no
tam sibi ipsi inureret, hoc est, vt p
annos viginti nuptias incestuosas co
luisse existimaretur. Omitto cetero
*sleidan.
hist. lib. 9.* qui de his rebus questi sunt : etiā Sle
danus qui Annam Bolenam quòd hæc
si Lutheranæ fauisset, maximè laudat
tamen scribit Henricum illud diuortu
approbari curasse non sine largitione
opinione. Quid, quòd ne in suo qu
dem regno Henricus potuit liberas &
gratuitas theologorum subscriptio
nes impetrare? Nam vt de Cantab
ria nihil dicam, in qua plures aliquan
to Regi fauebant, satis constat Oxo
nisi

nienſis Academiæ publicum ſigillum ^{Oxonias}
 communi doctiſſimorum hominum ^{Regi re-}
 ſuffragio ſæpius negatum, vix tandem ^{fragata} ^{eſt.}
 partim vi ereptum, partim clam ſub-
 reptum fuiffe. Homines enim ad ſum-
 mum octo clām conuenerunt, effra-
 etisque ſacri loci foribus (in quo mo-
 ris erat cauſas communes decerni, &
 instrumenta publica obſignari) lite-
 ris in quibus Regis diuortium pro-
 pugnabatur, publicum Academiæ ſi-
 gillum affixerunt: idque dicebant ſe
 in totius Academiæ gratiam feciſſe,
 ne Rex, ſi nemo eius animo ſatisfie-
 ciffet, florentiſſimam ſtudiorum om-
 nis generiſ Vniuersitatem iratus euer-
 tiffet.

Pro matrimonio Henrici & Catha-
 rinæ ſcripſeruunt apud Anglos pluri-
 mi per vniuersum regnum. De qui-
 bus autem ego audiui, Ioannes Roffen-
 ſis episcopus, Reginaldus Polus Cardi-
 nalis

qui ſcrip-
 ſerint pre-
 catbari-
 na.

D.E SCHISMATE

nalis, *Ioannes Holimannus Bristolien*
episcopus, Abelus presbyter, & ijs
tem iurisconsulti, quorum antea me
tio facta est: apud Hispanos vero,
ciscus Royas, Alphonsus Veruesius,
phonsus de Castro, & Sepulueda: apud L
sitanos Aluarus Gomesius: apud G
manos Cocleus, apud Belgas Ludovicus
a Schora, apud Celtas, paucis quider
sed tamen iudicium suum interposo
runt de ea causa, Eguinarus Baro, Fr
cisci Duarenus & Connanus, apud Ital
Cardinalis Caetanus, & alijs in loc
alijs multi doctissimi viri. Fertur et
per manus multorum epistola quædam
Philippi Melanchthonis, in qua Regis su
det, ut retenta vxore legitima Cath
rina, Annam Bolenam concubinæ tan
tum loco habeat. Rex vero ipse, &
illustres aliquot Angli ad Pontificem
literas dant, in quibus petunt, ut cum
regni plurimum intersit, masculū reg

ni hæredem extare, saltem hac de cau-
fa litem maturé absoluendam curaret,
quō integrum Regi fieret aliam uxo-
rem accipere. Pontifex respondit se
officio satisfacturum, sed in manu sua
non esse, ut masculum ex quacunque
fœmina generandum promitteret.

Vt autem Rex rei suæ melius con-
suleret, terrorem aliquem Pontifici
Romano iniiciendum putauit. Itaq;
mensē Septembri palā edixit, ne quis
suorum subditorum, siue is ^{An. D.} Anglus
seu Hybernum esset, quicquam in Ro-
mana Curia deinceps peteret aut pro-
curaret. Idem cùm audiret *Volsæum*
Cardinalem etiam Eboraci splendidè
agere, epulis vacare, solemniq; pom-
pa vti, ac mitram suam gemmis orna-
tam a rege repetere: hoc non ferendū
iudicans, iubet hominē ab *Heysi-*
*rico Northumbri*e Comite primū
in custodiam includi, deindē Londi-
num

DE SCHISMATE

Volsæi

mors.

Anno Do.

1529.

Vox pæ-

nitentis.

num adduci. At is in itinere ipso^{ad} Leiceistriæ oppidū quarto Decembris vita migrauit. Sermones dissipati sūt eum sua sponte venenum sumpsisse Illud verò constat, cùm tānqā reu lāsæ maiestatis regiæ apprehendetur, eum dixisse, Utinam nihilo magi lēsè maiestatis diuinæ reus essem. Nū autem dum nulli rei magis incubu quām vt Regi penitus inferuirem, in Deum peccaui, & Regis gratiā no obtinui. Ac *Volsæus* quidem digni suę præteritę assentationis & superbii mercedem in hoc mundo accepit, id que (vt speramus) ne in æternum puniretur.

Cùm verò *Henricus* multis Dei preclaris donis anteà præditus, gratia Deo nō ageret, sed in cogitationibus suis euangeliceret, *Annam Bolenam* æternae saluti suæ, atque adeò ipsi Deo anteponeret, ne, qui eternam mercedem

contempsisset, hac saltē corrupti-
 bili priuaretur, Deus ei permisit, vt
 suę libidini quam pro Deo iam cole-
 bat, satisfaceret. Itaque *Guilielmum Va-*
ramum excellentem virum, qui fuerat ^{Moyr. Va-}
 Archiepiscopus Cantuariensis, & sum-
 mo studio Reginæ partes adiuuerat,
 è vita illis ipsis diebus euocauit. Tunc
 Rex tanti honoris locum sibi perire
 nolens, omnino decreuit nemini eum
 præterquam tali viro dare, qui suę li-
 bidini summis viribus obsequeretur.
 Nihil autem fuit in toto Angliae re-
 gno cum *Reginaldo Polo* conferendū.
 Huic igitur primūm Rex Archiepis-
 copalem prærogatiuam obtulit, si ta-
 men disertis verbis antè sponderet, se
 diuortium Regis omni studio proue-
 cturum. Quam ~~turpem~~ conditionem ^{polus car-}
 adiectam vbi *Polus* audiuit, meritò re-^{dina. Ar-}
 cufauit in pestilentia cathedralia sedere.
 Hoc vbi *Thomas Bolenus* qui putaba-

H tur

Henricus
à Deo de-
relinqu-

Moyr. Va-
rami.

polus car-
dina. Ar-
chiepisco-
patum res-
puit.

DE SCHISMATE

tur *Annæ Bolenæ* pater, accepisset: iā
dudum (inquit) ô Rex domi meę ha-
beo presbyterum quendam doctum
grauem, & modestum, cuius fides
bundē tuæ M^{ti}. probata est, in ea quā
apud Pontificē gessit legatione. Hū
de Cranmero mihi à sacello iam diu fuit, et undē
que noui erga diuortium hoc tam si-
cerè affectum esse, vt si tua Maiestas
eum creauerit Archiepiscopū, in m
recepturus sim, facturum illum qui
quid à subdito quopiam experti au-
etiam defuderari queat. Placuit con-
ditio, maximè, quòd *Anna Bolena* i
eandem sententiam Regi supplicat
Cranmerus set. *Cranmerus* ergò fit ea condition
fit *Archiepiscopus*. *Archiepiscopus*, vt etiamsi Romanus
Pontifex secundum Regis & *Catharine*
matrimonium sententiam ferret
ille tamen ex aduerso pronūtiaret,
tharinam necessariò esse repudiādam.
Cùm autem Rex communioni

dis Apostolicae nondum renuncias-
set, ex coque Crāmerus necessariò des-
beret à Pontifice Romano suæ digni-
tatis confirmationem petere: omnem
porrò aditum ad solemnem vñctio-
nem capiédam sibi videret interscep-
tum, nisi ex canonū decretis, Roma-
næ Cathedræ communionem se per-
petuò secuturū iuratus affirmaret: eā
verò mentem Regis perspiceret, vt po-
tiùs Pontificis Romani communio-
nem reiecturus esset, quām *Annae Bo-*
lenæ coniugio cariturus: ita se gessit
homo vafer, vt duobus Dominis etiā
contraria præcipientibus, per summā
simulationem inseruire conaretur. Et
quia Regem sui simillimum *ex ani-*
mo amabat, Pontificem verò dunta-
xat timebat, in regis gratiam volun-
tarium & præmeditatum periurium
homo impius elegit, vt eò grauius
postea Pontificem nihil tale cogi-

DE SCHISMATE

cogitantem vulneraret. Tabellionem
præmedi- Cranmerus accersit, ei denuntiat se in-
tatū cran ratò quidem promissurum Pontifici
meri per- Romano canonicam & consuetam
iurium. obedientiam. Sed priusquām id agat,
velle ac iubere, vt Tabellio per pu-
blica instrumenta contestetur id inu-
tum se facere, nec quicquām minu-
in animo eius esse, quām vt in Regi
detrimentum Pontifici Romano it
dem seruet. Hac præfatione ædita
sigillisque ac testibus (ne fortè perfi-
dia eius apud regem in dubium veni-
ret) munita, solemne iuriurandum
Pontifici Romano more maiorū ex-
hibet, simūlque Archiepiscopatu-
possessionem inuadit. Quibus rebus
ita se probauit Regi, vt planè digna
patella operculum fuisse dicas. Ac n
Affenta- mirum erant qui ab Henrico multo
tio cran- post annis audierunt, cùm dicere
meri. vnum esse Cranmerum Cantuariensem

præsulem, qui nulla vñquam in re ipsius voluntati defuisset.

Dum autem ista quæ ad Episcopatum Cantuariensem spectabant, expidirentur, *Henricus* vt tanquam robustus venator, primogenitos regni cælorum filios, hoc est, Christi ministros, omnemque Domini præcipuam sortem suo imperio subiugaret, inaudita quadam tyrannide litem vniuerso clero intendendam curauit, qua ob Legatorū Pontificis Romani, externam (vt tunc cœptum est dici) potestatem, contra placitum regis agnitam & propugnatam, clericorum totius regni bona in commissum cedisse, fiscoque regis obnoxia esse pronuntiabantur. Cuius iniquissimi oneris terrore Clerus omnis depresso, atque ad terram vsq; deiectus (nam omnibus omnino bonis ac fortunis, quin & libertate omni priuandus, & perpe-

H iij tuis

DE SCHISMA TE

tuis carceribus iam tunc addicendus
sal infa- erat) cum quid vltre speraret, non ha-
tuatus. beret, vietas manus dedit, herbā po-
rexit, conculcari se tanquam infatu-
tum salem permisit. Indicto igitur
confessu publico, penè omnes omni-
um ordinū clericī vna voce Regi sup-
Multa plicarunt, vt cum aureorum ad qua-
cleri. dringenta millia ei obtulissent, reli-
quam eis pœnam remittere & conda-
nare dignaretur, idq; pro summa illa
potestate, quam in regno suo, eum lo-
lum tam in clerum quam in reliquum
populū habere iam primūm fateban-
tur. Ex qua dicendi formula, primam
occasionem sumptam aiunt, vt Re-

Anno D^o.
1531.

Vnde su- Supremum caput Ecclesiae Anglicanae selp-
premi ca- sum habere ac nominare inciperet
pitus tenu- Iam enim passim iactabatur in op-
lus. pessimi cuiusque, nihil Romano Po-
tifici cum regno Angliae negotij cle-
nisi si Regi videretur aliquid ei pot-
est.

ANGLICANO LIB. 60
statis in eo regno cōcedere, nam alio- 1532

qui omnem animam debere potestati
regiae subditam esse, nec solum in ci-
uibus, verum iam quoque in spiritua-
libus causis. Et hēc quidem omnia ex-
cogitata, suscepta & disseminata sunt,
vt ne Rex absque autoritate legitima
vxorem repudiasse putaretur. Iamque
nihil aliud ad nuptias cūm *Anna Bo-
lena* contrahendas deerat, præter pub-
licam sententiam diuortij, quam Rex
cūm à Pontifice Romano sperare non
posset, à *Cranmero* suo, breui pronun-
tiandā certò sciens, *Annam Bolenam*
ipſis Calendis Septēbris *Penbruchi* Anno Do.
Marchionissam constituit, ne, parum 1532.
nobilem personam duxisse videre-
tur. Ad decimum vērō & octauum
diem Calendas Decembriſ proximē
ſequentis, Rex longioris moræ impa-
tiens, (quām omnia nec dum ritè
disposita eſſet,) omnino cōſtituit cum

H iiiij An

DE SCHISMATE

Anna Bolena occultas nuptias contra
here: nuptias quidem, quod alias illi
sui corporis potestatem Regi faceret
nollet: occultas vero, quod non dum
occulta à Catharina per aliquā vlliū omnino
cū Anna iudicis sententiam separatus esset. *Rolandus* ergo tunc Presbyter (quem post
Bolena istea Rex in Episcopum Lichefeldiensem cooptauit) accersitur, ac rem diut
nuptiæ. nam Catholico & Romano ritu fa
cere iubetur. Ei Rex narrat, sententiam
Menda-
cium. Romæ iam tandem secundum se pro
nuntiatam esse, factamque sibi esse
potestatem nouam vxorem ducendi.
Rolandus reges non solere mentiri ar
bitratus, primū siluit, mox religio
ne tactus, spero (inquit) Maiestatem
tuam habere diploma Pontificium.
Annuente Rege, vertit se ad altare:
cū ecce, adhuc dubius & timens ne
quid illicitum committeret, omnino
(inquit) sacri canones postulant, no
stra

straque valde interest, ut literæ Pontificis palam legantur & promulgetur. Tum Rex, habere quidem se literas affirmat, sed reclusas esse in secreto lo-
co, nec ab alio præterquam à se afferri posse: parum autem decere, ut eo tem-
pore (nec enim adhuc illuxerat) solus prodiret. Acquiescit *Rolandus*, atque ita completis ceremonijs, *Henrico* se-
cundam vxorem tradit, prima non so-
lum adhuc viuente, sed etiam per nul-
lam omnino auctoritatem in ullo ha-
ctenus iudicio Ecclesiastico vel specie
tenus interpositam, repudiata.

Impedimentū verò, cuius obtētu *He-
ricus Catharinā* repudiabat, tū in illā nō o mirabi-
omnino, tum in *Annā Bolenā* certissi- le Dei in-
mō cadere, idē ipse *Henricus* exploratē dicium. ;
sciebat. Nam eo statu rerum posito
qui tunc erat, certum est, non nisi du-
plex impedimentum interuenire po-
tuisse, cur *Henricus Catharinam* non
du

DE SCHISMATE

duceret. Alterum esse poterat affinitatis, si *Arthurus Henrici frater, Catharinam* cognouisset: alterum fuit, iustitiae publicæ honestatis impedimentum. Illud non interuenisse Rex *Henricus probè sciebat.* Nam *Carolo Caxfari* fassus est, se *Catharinam* adhuc virginem cognouisse, idque ipsum & *Catharina* sanctè semper iurabat, & res ipsa verum fuisse contestata est, & *Henricus septimus* grauem matronam in eodem lecto apposuerit, vt ne *Arthurus Catharinam* cognosceret: & tanta fuerit in recente adhuc *Arthuri* pubertate, eiusdem infirmitas & inuale tudo, vt etiam si maximè conatus es set *Catharinam* cognoscere, tamen una caro facti non fuissent. Vbi autem carnalis copula non interuenit, affinitas nulla contrahitur. Et quamquam contracta fuisset: tamen per authoritatem clavium regni celorum, id impedi

pedimentum ob maius publicæ pacis
bonum ritè atque ordine sublatum
exitisset. Quamquam enim *Henricus*
malè asseruit Pontificem non potuif-
se id impedimēti auferre, tamen cùm
lex Mosaïca quæ mortem & damna- 2. cor. 3.
tionem ministravit, quæque euacuata
est, non solū dispensandi, sed etiam
præcipiendi facultatem habuerit, vt
superstes frater, sui fratri absque libe- Deut. 25.
ris defuncti vxorem duceret: quanto
magis fatendum est, quòd claves Ec- 2. cor. 3.
clesiæ Christi, quæ spiritum & iusti-
tiam administrant, quæque non eu-
cuantur per aliud aliquod testamen- Math. 28.
tum, sed manent usque ad consumma- Math. 16.
tionem sæculi, potestate firma & sta-
bili non carent permittendi Christia-
no, vt ob publicum Ecclesiæ bonum,
fratri sui defuncti vxorem ducat: Im-
pedimentum igitur affinitatis nec ul-
lum inter *Henricum* & *Catharinam* fuit,
&

DE SCHISMATE

& quamquam aliquod extitisset, p^e
claves Petri recte sublatum erat.

Iam verò iustitiae publicæ honestatis impedimentum, quod solum restat, cùm (ut inter omnes constitit) non duini aut naturalis, sed tantum Ecclesiastici iuris fuerit, ne *Henricus* quidem aut aduocati eius negabat potestatem

Math. 16. clavium Petri satis virium ad illud auferendum habuisse. Cùm igitur nec affinitas vlla fuerit, & impedimentum iustitiae publicæ honestatis, per *Iulij* Pontificis diploma idoneè ablatum constaret, nihil iam obstabat, quomodo *Catharinam Rex Henricus* & duce posset, & retinere deberet. Nam si

Ieruit. 18. quis ipsum Dei præceptum obstatere dicat, quod fratri vxorem duci prohibet, quamquam expedita sit responsio, idem ius diuinum nominatim il-

Denuo. 25. lam exceptionē addidisse, præterquam si frater absque liberis defunctus esset, (viii)

in nostra causa contigit) tamen illud
etiam prætermitti non debet , quòd
verba diuini iuris in eodem ipso loco ,
talem rationem & præmittunt , & vbi-
que adiungunt , quæ totam Henrici
causam labefactat . Sic enim legimus :
Omnis homo ad proximam sanguinis sui nō Leuit. 19.
accedit , ut reuelet turpitudinē eius . Et post
pauca : *Turpitudinē uxoris fratris tui non*
reuelabis , quia turpitudo fratris tui est ,
Vxor enim fratris non ob aliud pro-
hibetur duci , quām quòd per copulā
carnalem affinis alteri fratri iam priùs
facta sit . Quæ enim fit vna caro cum
fratre meo , ex ea re tam propinquā
sanguinis mihi fit , quam frater meus
est , qui mihi proximus sanguinis est ,
in primo nuptiarum gradu . Quam- *Leuit. 18.*
quām igitur concederemus & Deum
eo in loco non tantū de illico coitu ,
sed etiam propriè de nuptijs agere
(quod multis securus videtur) & per

DE SCHISMATE

August. vxorem fratri, nō solum viuentis fratris (vt quibusdam ex sanctis patribus visum est) verum etiam defuncti fratris vxorem intelligi, & præterea legem illam nō ceremonialem esse, sed iuris naturalis conclusiones quasdam explicare: tamen cùm ratio legis non semel expressa fuerit, sēperq; sanguinis proximitatem vrgeat, quę vel per cognationē vel per carnalē copulā (vnde paritur affinitas) acquiritur: nulla vera aut cognatio, aut affinitas inter *Henricum* & *Catharinā* contracta fuerit, quia frater *Henrici* eam non cognouit, vt que efficitur, vt diuinum ius non prohibeat *Catharinam* *Henrico* nubere.

At contra certissimum est inter *Henricum* & *Annam Bolenam* verum affinitatis impedimentum interuenisse, idque ipsum Regem non ignorasse quod Papæ *Clementi septimo* per litteras suas confessus sit se *Mariam Bolenam*

lenam, *Anne* sororem cognouisse. Ex
qua carnali copula *Henricus* toti fami-
liæ *Bolenorum* factus est affinis seu pro-
ximus sanguinis. Nam ut *Paulus* ait,^{1. Cor. 6.}
Qui adhæret meretrici, vnum corpus
cum ea efficitur. Cùm igitur *Maria*
Bolena fuerit proxima sanguinis *Anne*
in primo gradu, nempe vterina eius
soror, *Henricus* qui fuit vnum corpus
cum *Maria*, factus est etiam proxi-
mus sanguinis in primo gradu fratri-
bus & sororibus *Mariae*, nimirū, *An-*
næ Bolena. Quid ergò est, quòd is qui
tantas turbas excitauit, vt à *Catharina*
tanquam ab affine sua, cùm verè affi-
nis non esset, disiungeretur, nunc non
timet ad affinem suam accedere? &
qui negabat Pontificis claves possa-
facere vt *Catharinam* retineret, nunc si-
ne vllarum clavium authoritate, imò,
contra illarum authoritatem, *Annam*
affinem suam ducit? frustrà ô Rex cō-
tra

DE SCHISMATE

tra stimulum calcitrasti. Deus hypo
crisim tuam detexit, & adulterinum
cor tuum toti mundo reuelauit.

Quid verò quòd idem rex *Henricus*
etiam matrem *Annæ Bolenæ* priùs co
gnouerat, vt antè explicuimus? Ex qu
sanè copula tale affinitatis genus int
Henricum & Annam intercessit, qualis
est consanguinitas inter parentes &
beros. At pater filiam suam ducet
in æternum prohibetur, quia inter
cendentes & descendentes nullæ v
quàm nuptiæ permittuntur, propter
ea quòd in nuptijs est summa æquali
tas & paritas (vndè Eua ex latere Ad
Gen. 2.
Exod. 20. mi sumpta est) cùm interim libe
parentes honorare debeant, sequé
lis tanto inferiores agnoscere, vt nu
quàm sint referendo: & ideo nec i
lis quidem exæquari possunt. Itaque
Henricus Annam Bolenam, eius mulic
ris quam semel cognouerat filiam, de
cer

cere, res longè difficultioris dispensationis fuit: propterea quòd ipsum affinitatis genus, ipsam nuptiarum essentiam proprius attingere videtur, quàm ut in eo dispensari quodammodo debeat: maximè si concubitus matris sit multis manifestus. Quare cùm *Henricus* contra naturæ quodammodo legem, post matrem *Anne Bolenæ* cognitam, ausus sit filiam in uxorem suā assumere, quàm impudenter obtendit, se non ausum esse *Catharinam* re-
Hypocrisis
Henrici.

tinere, ne in Deum peccaret? quàm impudenter etiam prætexuit, se credidisse, quòd Pontifex autoritatem non habuit *Catharinæ* nuptias permitendi.

Sed adhuc pergamus. Constat ex ijs quæ diximus, non obscura indicia ipsi *Henrico* reuelata esse, quòd *Anna Bolena* esset ipsius met*Henrici* filia, & tamen eam duxit? Is videlicet, qui

DE SCHISMA TE

timuit sui fratri absque liberis defun
cti uxorem à fratre suo minimè cog
nitam, retinere. Incredibilis quiden
audacia, inaudita hypocrisis, non fe
renda libido. Sed tamen vnius homi
nis propria fuit audacia, hypocrisi
propria, & libido propria. Nec tanto
perè mirandum est, si aut homo pe
cet, aut cùm in profundum veneri
contemnat. Illud est mirandum, illu
stupendum, si hominum infinita mu
lia non suam, sed alienā libidinem
hypocrisim, non tantum equo animi
ferant, sed etiam suspiciant, lauden
colant, & ita colant, vt supra hoc fi
damentum, fidem, spem, salutē
suam exædificant. Omnes enim A
nglicani protestantes, Lutherani, Zui
gliani, Caluinistæ, Puritani, & Libe
tini has incestuosas Henrici & Annæ
Bolenæ nuptias adorant, velut fonte
Euangelij sui, matrem ecclesiæ suæ

Res stu
penda.

originem fidei suæ. Vix dum tres anni sunt, quod Caluinista quidam Anglicanus, Londini duos libros tunc *Elizabethæ Principi*, astante Pseudo-^{Anno Do.} episcopo Cantuariensi *Matheo Par-*^{1573.} *quero*, exhibuit, tunc apud *Ioannem Dayum* typis mandauit, quibus tamen nomen suum minimè ascripsit, in quorum posteriore de *Henrici & Annae* matrimonio agens hæc habet verba. O verè beatæ, & non sine summo ^{Cap. II.} numine conciliatæ nuptiæ, cælestisq; ^{Protestan.} partus ac progenies, quibus patria ^{tis cuiusdam ver-} seruitute & caligine plusquam Aegyp-^{ba.} tiaca erepta atque liberata, & ad verum Christi cultum restituta est. Hæc ille.

Nemo iam miretur aut *Caianos* olim fuisse, qui homicidam *Cain* adorarent velut ex potenti virtute procreatum: aut *Ophitas*, qui (vt *Tertullianus* ait) magnificarent serpentem qui pri-

*De præ-
scriptione.*

Iij mos

DE SCHISMATE

mos parentes in Paradiso decepit ve-
lut authorem scientiæ boni & mali.
Nam quid tandem olim factum cre-
di non potest, cùm hodiè videamus
tot millions hereticorum nuptias Pa-
tris & filiæ adorare? Iste liberationem
suam ex seruitute plusquam Ægyptia-
ca his nuptijs acceptam ferunt: istive-
rum Christi cultum per has nuptias
restitutum gloriantur. Verum qui-
dem est, per has nuptias aditum vo-
bis patefactum esse ad omnem hære-
sim, omnémque nequitiam. Sed o-
immensam Dei bonitatē. Qui, quod
hæreses vestras non alio modo quam
per tam incestuosas nuptias in lucen-
tia exire voluit, eo ipso declarauit illas te-
nebrarum filias esse, nec aliter quam
per opera tenebrarum procreari po-
tuisse. Oportuit filiam cum patre, so-
rorem cum fratre commisceri (nam
& hoc Annam Bolenam perpetrauit
mo-

mox constabit) ut pulcher ille partus
gigneretur, qui non modò Carthu-
fianos patres & alios Eunuchos ob re-
gnū cælorum seipso ex consilio &
adhortatione Christi castrantes, ex
omnibus suis finibus ejaceret, indig-
nōsque vita & luce communi affirma-
ret: sed etiam Christi Ecclesiam dice-
ret, non eam esse, quæ populos fide-
les in omnibus gentibus iuxta prædi-
ctionem Christi docet ac baptizat,
verūm aliam nescio quam, in penetra-
libus domorum, & speluncis sylua-
rum latentem, lucifugam, sterilem,
ignotam, expertem sacerdotij & sacri-
ficij, expertem vnius pastoris, qui oves
Christi per vniuersum mundum dif-
fusas, in vnum Christi ouile congre-
get, expertem denique omnium pro-
missionum Dei, quas vtique ille fecit
ciuitati in monte ædificatę, quę non
potest abscondi, filijs diei & non

*Math. 20.**Math. 28.*

Protestan-
tium sy-
nagogar.

Math. 5.

DE SCHISMATE

Ioann. 21. noctis, ouibus Petri, piscibúsque intra Petri sagenam conclusis, & non ijs qui ex ouili eius exirent, aut rete illius rumperent.

Sed iam pergamus in eo quod instituimus. Pontifex Romanus, cauſa Hērici & Catharinæ, accuratissimè cognita, illos a Deo legitimè coniuctos fuisse, nec ab homine seperari posse pronunciauit. cuius sententia hæc est formula.

CLEMENS PAPA,
VII.

Schuncta
qua regē
no 1533

 *V M* pendente lite coram nobis dilecto filio Paulo Capisuccho et pellano nostro, ac sacri Palani Apostolici causarum auditori, & Decano, à nobis in Consistorio Reuerendiss. missa inter charissimos in Christo filios nostros Catharinam & Henricum octauum Angliae Reges, de & super validitate mat-

trimonij inter eos contracti. Praefatus Henricus dictam Catharinam eiecerit, & de facto cum quadam Anna matrimonium cōtraxerit, contra mandata & decreta tām inhibitionis quām in literis in forma breuis etiam de consilio fratrum nostrorum S. R. S. dīs Romānū
E. Cardinalium emanatis contentas & cōtentā, temere & de facto attēptando. Idcirco nos de illius potestatis quā Christus-Rex regum nobis licet immeritis in persona beati Petri concessit plenitudine, in throno iustitiae pro tribunali sedentes, & solum Deum p̄ oculis habentes, per hanc nostram sententiam, quam ex nostro mero officio, ac de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consistorialiter coram nobis congregatorum consilio ferimus, ejectionē & spoliationem dictae Catharinæ reginæ à quasi possessione iuris coniugalis, & reginalis dignitatis, in qua, tempore huiusmodi motæ litis erat & matrimonium inter prædictum Henricum regem & Annam præ-

DE SCHISMATE

dictam contractum, cum prædicta omni
notoria & manifesta sint, pro ut ita es
declaramus, nulla, iniusta & attemptata
fuisse & esse, ac nullitatis, iniustitiae, artem
potatorumque virtio subiacuisse & subiacent

elizabe-
tha qua-
nunc reg-
nar. prolémique susceptam seu suscipiendam ille
gitimam fuisse & esse, prafatámque C

Notā. tharinam Reginam ad suum pristinum sta
tum & quasi possessionem iuris Coniugal
& Reginalis dignitatis restitui & repa
debere, dictumque Regem dictam Annam
cohabitatione sua & quasi possessione iuris
Coniugalis & Reginalis ejcere & amoue
re debere in his scriptis pronuntiamus, decet
nimus & declaramus, restituimus & re
ponimus, ejcimus & amouemus. Eademq

*Excoriatur
rex Henricus*

Henricus
excomu-
nicatur. ficio nostro prædicto, prafatum Henricus
regem maioris excommunicationis & ali
censuras & pœnas in dictis literis conte
tas ob earum non paricionem & contem
damnabiliter incurrisse & incidiisse ac

omnibus Christifidelibus euitandum fuisse
esse, declaramus & mandamus. Et ni-
hilominus volentes cum eodem Henrico Re-
ge nomine p̄ij patris benignè & clementer
agere, censorum prædictarum declaratio-
nem usque & per totū mensē Septembris
proxime futurū, ad hoc, ut sententia & mā
datis nostris prædictis commodius parere
possit, suspendimus. Et si infra dictum
tempus parere distulerit, ac dictam Catha-
rinam in pristinum statum quo tempore li-
tis motæ erat, non restituerit, præfatām-
que Annam à sua cohabitatione & quasi
possessione juris Coniugalis & Reginalis
non abiecerit, & dicta attemptata cum ef-
fectu non purgauerit, ex nunc, pro ut ex-
tunc, præsenti declarationi locum esse volu-
mus & decernimus.

Ita pronuntiamus.

Henricus istam sententiam non ali-
ter quam si facta ipsi fuisset iniuria, in-
terpretatus, doloris sui vlciscendi cau-
sa

DE SCHISMATE

ſa curauit, vt iuriurandum quod Cle
rus Anglicanus Pontifici Romani
haeſtenus præſtiterat, in publicis reg
ni comitijs irritum redderetur, sequ
ipſum (vt quondam *Iulianus* apostata
Pontificem maximum creans, nou
iuriurandi præſcripsit formulam, in
qua Clerus & populus ipſum ecclesiſa
Anglicanæ atque Hibernicæ ſummi
in terris proximè ſub Christo capi
iuratò cōſideretur. Ac iſto quidē mo
do *Henricus* tam ſe quām ſuos diuini
ac ſeperauit ab ecclesiſa Romanæ ſo
cietate & cōmunione, in qua iam in
dē à temporibus *Iofephī ab Aramatib*
omnes illi Reges & populi vixerant
qui Catholicam Christi fidem in iſi
Insulis, pro ſua quique ætate, ſequi
bantur. Etiij quidem fuerunt Hiber
ni, Angli, Normanni, Dani, omnium
que antiquissimi Britanni.

Scimus omnes ô Rex, quām flor
rei

rentem & gloriosam Ecclesiam, à ^{ecclesie}
duobus præcipuis Apostolis Petro & ^{Romanæ}
*Pau*lo fundatā, à ducentis & triginta
Petri successoribus auctam & conti-
nuatam, ab omnium Catholicorum
nationum Episcopis, Regibus, & po-
pulis agnitam & obseruatam, omniū
hæresum & hæreticorum impia dog-
mata fugientem & damnantem, in-
numeris patribus & Doctoribus refer-
tam, infinitis Dei operibus planè ad-
mirandis illustratam deserueris, & re-
liqueris. Sed dic nobis per supremam
potestatem tuam, quò ibas cùm ex
Romana ecclesia exibas? Nam si Chri-
stianus permanere volebas, sine ali-
qua Ecclesia esse non poteras. Dis-
cessit quidem & *Paulus* Apostolus à ^{ad. 9.}
Iudæis, & *Dionysius* ab Arcopago suo, ^{ad. 17.}
& *Iustinus* martyr à Philosophis, &
Augustinus à Manichæis, & iij omnes
à gentium erroribus. Sed tamen vnus-
quis

DE SCHISMATE

quisque eorum antequam à societate
sua discederet, prius aliam vidi societatem
scipso antiquorem, ad quam
se conferret. Ibat *Paulus* ad *Ananiam*,
Att. 9.
& alios in Damasco fideles, *Dionysius*
Att. 17.
ad *Paulum* & eius comites, *Iustinus* ad
Ecclesiam Christi quae erat in Palestina,
Augustinus ad *Ambrosium* Mediolanensem, & Ecclesiā Catholicam. Sed
tu *Henrice* cùm Romanam Ecclesiam
deserereres, ad quam aliam ibas? Vtrum
ad Græcam? nihil minus. nec enim
negasti Spiritum sanctum à filio pro-
cedere. An ad Æthiopicam Ecclesiā?
at neque te ipsum circuncidisti. An ad
Armeniorum? At neque originale

Hoc idem peccatum, neque salutem omnium
à quoniam ante Christi passionem (id quod illi
Archibe-
retico si fecerunt) pernegasti. An saltem ad
petatur, *Vuiclefum*, *Lutherum*, *Zuinglium*, aut
necessario *Caluinum* ibas? Imò si quos huius erro-
seipsum ris viros in tuo regno reperisti, eos fer-

ro, flammáque persequebaris. Quò
igitur ibas cùm ex Romana Ecclesia
exibas? Quò inquam nisi ad te ipsum?
Ergo nè tu es Christus ? Nam solius *Math. 17.*
Christi est, authoritate sua Ecclesiam ^{Hunc au-}
Christianam instituere & congrega-
re. Is autem dixit ad Petrum, *Tu es Math. 16.*
Petrus, & super hanc petram ædificabo
Ecclesiam meā. Quam obsecro meam,
nisi Christianam ? Christus ergò nos
mittit ad Petrum , Vicarium vtique
suum, & tu nos abducis à Petro , &
ad te vocas ? Ergò Antichristus es tu:
sicut scriptum est, *Videte ne quis vos*
seducat, multi enim venient in nomi-
ne meo dicentes, Ego sum Christus, Math. 24:
& multos seducent. Quid est veni-
re in Christi nomine , aut dicere,
Ego sum Christus, nisi absque signis
Apostolatus, absque missione legi-
gitima & ordinaria, caput Ecclesiæ
scipsum constituere, tanquàm Chri-
sti

DE SCHISMATE

sti oues ipsius curæ primùm ac potil-
simùm commissæ essent? Ergo nè pe-
rierat Ecclesia de mundo, perierant
prædictiones & promissiones Christi,
antequām *Henricus* cum filia sua con-
cumbens, ex illo incestu nouam Chri-
sto Ecclesiam generaret? Si non perie-
rat Ecclesia Christi, certè antiquior te-
fuit. Si & antiquior te fuit, nec tamen
Ecclesia Romana fuit: debebas cùm
ex Ecclesia Romana discederes, ad il-
lam aliam tuo bruto iudicio veriore,
te conferre: debebas illi te adunare,
vel per Sacramentum aliquod, vel sal-
tem per nudam manus impositionem,
ut iñdè sciremus, quam societatem
sequereris, & quam fidem teneres.
At nunc tu ipse, tuis constitutus es su-
perium caput ecclesiæ: cùm nec in-
firimus quidem pes illius esses.

His ita constitutis, iam oportuni
tempus aduenerat, in quo *Cranmerus*
Can

Cantuaricensis Antistes, iuriurandum
quod Pontifici Romano praestiterat,
religione, profanorum comitiorum
authoritate solutus, liberè posset etiā
contra Romani Pontificis præscrip-
tum, diuortij sententiam inter *Hen-*
ricum & Catharinam pronūciare. Is igi-
tur ex *Henrici* arbitrio certos Episco-
pos, Procuratores, Aduocatos, &
tabelliones vna secum ducens, ad pa-
gum *Dumstablensem* se contulit, qui
proximè abest à Regia villa *Amptilen-*
si, in qua degebat Serenissima Regi-
na, quām səpius in ius vocatā vbi per
quindecim dies frustrà expectasset, ad
sententiam diuortij ferendam se præ-
parat, cùm prius Regem velut à di-
uortio aliquantulum abhorrentem ^{Hypocri-}
(ita enim ut faceret inter ipsos conue-
nerat) admonuisset ne fratrīs defuncti
vxorē contra leges Euangeliū diutiū
retineret: ni obediret, se quamuis in-
ui

DE SCHISMATE

uitum, tamen pro ministerio quod
in Ecclesia Dei gerebat, compelli, ut
censuris ecclesiasticis in Regem age-
ret. Mira dicendi libertas in subdito,
Adulat-
tio. inquietabant adulatores regij. Iam verè
videmus quantum inter Papisticam
religionem, & sincerum Dei Euan-
gelium intersit. Hic Episcopus nisi
ex Deo esset, Regem ipsum officij sui
tām audacter non admoneret. O di-
beatum qui cælestem lucem primus
ad nos attulit. Hæc illi. Porrò Tho-
mas Cranmerus ex domo Annæ Bolent
ad solius auctoris arbitrium ea lege de-
lectus iudex, ut sententiam pro diuor-
tio ferret, nec audita quidem altera
Sententia
Cranme-
ri.. parte, audacter pronunciauit, & ne-
cessitatem iure Diuino impositā Re-
gi esse, ut Catharinam repudiet, & li-
bertatem concessam, ut alteram du-
cat. Cæterūm Henricus qui & iudicem
& sententiam in manu sua habebat,
quid

quid futurū esset probè sciēs, iām antē & duxerat *Annam Bolenām*, & cognoverat, licet solennem nuptiarum pō-pam in ipsam Dominicāe resurrectio-nis vigiliam reiecisset. *Anna* igitur pri-die Idus Aprilis (qui dies sepulto Do-mino sacer eo anno fuit) publicē de-ducta, & postridiē calendas Iunij pro-ximē sequentis regio diademate co-ronata, septimo idus Septembribus ciu-f. 13 ab *Elizabeta regna*
dem anni, filiam *Elizabetham Henrico* nuptiis 1533.
peperit, quinto vtique mense, post 7. *Septembribus.*
solennem nuptiarum celebrationem:
necessē ut fuerit, eam priūs cognitam
ab *Henrico* esse, quām res diuulgare-tur.

Baptizata iam apud Grenuicū *Eli-zabetha*, Rex postulat, vt omnes Epis-copi & clericī, omnes optimates, quin etiam omnes omnino Angli qui sal-tem plena pubertate essent, in verba *Elizabethae* iurent, velut quæ sola pro-K xima

DE SCHISMATE

*Nota d.
ébzb. m.* xima & legitima regni Angliae hæres
foret. Mariam vero Catharina filiam
velut ex matrimonio illegitimo natā,
Idem est omni successions iure priuat. Quam
Fisher iurisurandi formulam cùm *Ioannes*
Anglicæ, *Fisher* Episcopus Roffensis, & *Thomas*
quod pis- *Morus* (qui Regē in omnia vitia præ-
cator La- cipitem ferri videns, paulò ante sum-
mo Cácellarij magistratu seipsum ab-
dicauerat) suscipere nollent, in custo-
persecu- diam coniecti sunt. Cùm *Thomas Mo-*
ra ad arcem Londinensem duceretur,
in ipsa porta custos carceris aderat, ve-
stem extimam & supremam sibi do-
nandam ex more postulās: cui Morus
(vt erat ingenij facetissimi) pileum
statim tradidit. At custos non hunc
(inquit) dico, sed togam qua indueris.
Imò (inquit *Morus*) superior vestis est
pileus, qui supremā corporis partea
tegit. Adeò in ipsius carceris foribus
quas plerique tantopere extimescunt,

vir

vir sanctus tanquam in coniuio lusit.

Dicebat vero totum mundum, in quem homines ex Paradiso electi ob peccatum deturbantur, nihil esse aliud quam carcerem, unde omnes ad causam discordam suis singuli diebus euocarentur. Quod suus carcer aliorum Principum carcere minor fuisset, hoc se acceptum Deo ferre: nam ex malis minimum esse eligendum. His sanctis cogitationibus beatum illud ingenium sese recreabat.

Celebre erat his diebus Annae Bar-
tonae monialis nomen. Hec asserebat ^{Anno Do-}
^{1532.} Henricum non amplius iam esse Regem, eò quod ex Deo non regnaret. Mariam vero Catharinæ filiam, quæ tunc minus legitimè nata habebatur, ad regni gubernacula suo iure sessuram esse: ob quæ verba in ius vocata, & in publicis regni comitijs vna cum duobus D. Benedicti, duobus etiam D. Fran-

Mundus
Moro car-
cer.

DE SCHISMATE

cisci monachis, (qui omnes eam spiri-
tu Dei afflatam credebāt) capitis con-
demnata, vltimū supplicium subiuit.
Quam fœminam cùm inter cæteros
Thōmas Morus diligēter examinasset,
nullo indicio deprehendere potuit eā
fanatico spiritu (quod in eius inuidiā
tunc spargebatur) agitatā fuisse. Con-
stat quidem illas res quas tunc cùm
15a. 41. nihil minus quàm futuræ putabātur,
futuras prædixit, suo tempore postea
euenisse. *Maria* enim quæ tunc *Eli-
zabethæ* postponebatur, ante *Elizabe-
tham* posteà iure suo regnauit.
Cùm autem nulli ex vniuerso Clero
liberius diuortio Regis se opponeret,
quàm Fratres Minores qui de obser-
uantia vulgò dicuntur, illi autem *D.
Catharinæ* matrimonium tām in
disputationibus publicis, quàm in
concionibus sacrīs acerrime tueren-
tur, quorum in hoc genere principes
erant.

erant duo Reuerendi Patres, *Elstonus*¹⁵³³
 & *Paytous*, ob hanc rem totus fratum
 obseruātum ordo in tanto apud Re-
 gem odio fuit, ut tertio idus Augusti
 fratres isti ex omnibus ordinis sui mo-
 nasterijs pellerentur. *Elstono* autē Rex
 minatus dicitur, se illum in profundis-
 simas aquas, nisi de cetero taceret pro-
 iecturum. At ille nunquām (inquit)
 dubitauit quin tām celeriter ad Deum
 aqua perueniatur ac terra. Iussus autē
 ex Anglia quām primūm excedere, in
 Germaniā inferiorem se contulit, vbi
 usque ad *Mariam Reginam* vixit, quo
 tempore in sui ordinis monasterio
 apud Grēuicum in pace obdormiuit.

Henricus vero ut grauiorem adhuc
 vindictam de Pontifice Romano su-^{Anno Dō.}
^{1534. 1535}meret, in mense Nouembri comitijs
 publicis indictis, omnem deinceps in
 Anglos & Hibernos iurisdictionem
 ac potestatē Pontifici Romano ad-

DE SCHISMATE

persecu-
tio.

Papa.

emit, quam si quis deinceps ei detur-
lisset, perduellionis reus fieret. Quin-
imò ipsum *Papæ* vocabulum persecu-
tus, edixit, ut decāterò nullus Pon-
tificum Romanorum vocaretur *Pa-
pa*, sed tantùm *Episcopus Romanus*. An-
glicanę verò ecclesiæ Summum ca-
put solus Rex haberetur, cuius etiam
præcipuè esset, authoritate plenissi-
ma, errores, hæreses, abusus omnes in
Anglicana ecclesia emendare. Illi om-
nium sacerdotiorum integri prouen-
tus primi cuiusque anni quo quis be-
neficium aliquod sortitus esset, solue-
rentur: illi omnium ecclesiasticarum
dignitatū decimæ redderentur. Quā
legem Rex tanta sæuitia executioni
mandauit, vt capitis damnaretur, si
cuius in libro vel solum nomen *Pa-
pa* non deletum extaret. Per Calen-
daria, per indices, per scripta patrum,
per totum ius canonicum, per Scho-
lasti

lasticos Doctores, Papæ vocabulum
lituris vndique obducebatur. Imò in
fronte operum D. Cipriani, Ambrosij,
Abrenun-
tiatur p. 2.
Hieronymi, Augustini, Leonis, Gregorij, p. a.
Prosperi, ac aliorum Ecclesiæ luminū,
singuli scribere coacti sunt, Si quid in
eis operibus inesset, quod Pontificis
Romani Primatum tueretur aut con-
firmaret, se illi verbo, sententiæ, ra-
tioni, iam nūc renunciare, nec tanti
criminis reos vñquam esse velle. Epif-
copi plerique, & alij antistites, quorū
erat principijs tanti mali obsistere,
paululum tempori cedendum puta-
bant, donec aut Rex mentem muta-
ret, aut Princeps aliquis catholicus re-
ligioni Christianæ opem ferret. Sed
frustrà sanè oculos in Cæsarem, aut
hominem quempiā coniectos habe-
bant, cùm in Deum & proximum ipsi
tām grauiter peccassent. Non defue-
runt tamen reliquię sanctę, quę genua

curuare ante Baal prorsus recusarent.

Anno Do. Tertio enim calendas Maij, quinq;
1534. sanctissimi viri gloriosū pro Christo
 certamen inierunt. Quorū tres quidē,
 fuerunt diuersorum ordinis Carthu-
 siani monasteriorum Piores. *Ioannes*
Houghton Prior Londinensis, itemq;
Robertus Laurentius, & *Augustinus*
Vuebster, Piores, alter Beualensis, &
 alter Examensis, qui quòd profanum
Martyres sibi arrogabat, nollent agnoscere, mar-
quinq;. tyrij palmam assecti sunt. Auxit beā-
 tum numerum *Reginaldus* Brigitensis
 monachus, ex Abbatia *Sion* Theolo-
 gus insignis, qui vt s̄epe antea popu-
 lum disertissimis concionibus, sic tūc
 exemplo & patientia sua erudiuit. Is
 vbi condemnatum se ad mortem au-
 diuit, Credo (inquit) videre bona Do-
 mini in terra viuentium. Idem ad sup-
 plicium productus, populum horta-
 batur

batur, ut pro Serenitate regis preces 1534
 assiduas ad Deum funderent, ne, qui
Salomonem initio regni sui sapientia &
 pietate ad viuuū expresserat, vnā cum
 illo in fine vitæ per mulieres seductus
 degeneraret. Quinto demum lo-
 co *Ioannes Haylus* presbyter idem su-
 pernæ vocationis brauium quia legi-
 timè certasset, accepit. Hæ fuerunt
 primitiæ martyrum post *Henrici octa-*
ui nouum schisma.

Ad decimum verò quartum diem *Anno Do.*
Calendas Iulias, alij tres Carthusiani, 1534.
Vmfridus Midelmor, *Gulielmus Ex- Martyres*
meus, & *Sebastianus Nudegat* cùm priùs *quatuor.*
 Per dies quatuordecim cōtinuos ere-
 cti stare coacti essent, iniectis ad col-
 lum, ad brachia, ad crura, circulis fer-
 reis, ita vt ob nullam omnino causam
 loco vnquam dimouerentur, illustre
 fidei testimonium dederunt. Tām
 enim illi tres quam *Gulielmus Horne* vi-
 mincis

DE SCHISMATE

mineis cratibus iniecti, & per plateas
Londinenses usque ad ultimi supplicij
locum pertracti, postquam laqueo
ad breue tempus suspesi fuissent, mox
viui demittebantur. Tum autem car-
nifex pudendis præcisis & flammæ tra-
ditis, pectus & præcordia gladio aper-
ruit, visceraque euulsa, in propositu ig-
nè coniecit, demū capite abscisso, reli-
quu corpus in quatuor partes dissec-
uit, illasq; partes elixas varijs in locis à
populo spectandas suspendit. Cùm

*Martyres
dno.* Joanne autem Rocestrio & Iacobo Value-
ro (ipsis quoque Carthusianis) tam
gratiosè dispensatum est, vt simplici
suspendio ad celum commigrarent.
Iam siue tyrannum ipsum tantæ cedis
in oculis ciuium factæ, seu etiam tan-
te clavis à solis Carthusianis acceptæ
pudebat, alios nouem Carthusianos
maluit fœtore carceris enecari, quam
ut publicum de ipso triumphum age-
rent.

rent. Ij autem erant *Ioannes Berus*, ^{Martyres nonem.} *Thomas Grenuay*, *Ioannes Danis*, *Gulielmus Grenuod*, *Thomas Scriuan*, *Robertus Salteus*, *Gualterus Person* & *Thomas Redingensis*. Ac de Cathusianis haec tenus, Quanquam enim non omnes eodem die vitam finierint, tamē quos eadem fides & religio coniunxit, visum est oratione mea non debere separari.

Adhuc in custodia tenebātur *Ioannes Roffensis*, & *Thomas Morus*, totius Angliæ duo splēdidissima lumina, in quos omnium oculi coniecti, mentesque erexit& fuerunt. Non latuit hoc *Henricum*, tantoque magis cupiebat eos ad suas partes allicere, ac præcipue *Thomam Morū*, qui quòd laicus esset, laicis (quos Rex & amabat & timebat magis) gratiosior fuit, maximè quòd talem laicum Anglia nunquam peperisset. Natus fuit Lōdini honestissimo loco, græcè ac latinè excellenter do-

ctus

*Thomas
Morus.*

DE SCHISMATE

Etus,in republica per annos penè quadraginta versatus , legatione honorifica perfunctus , summis honoribus summa cum laude potitus,nec vnquam tamen cùm duas ordine vxores duxisset, pluresque liberos genuisset, de agenda re familiari solicitus fuit , adeò ut ad patrimonium suum à maioribus acceptum, ne centum quidem aureorum annuos census adiecerit. Ad huc virum *Henricus* cùm multos ex optimatibus suis frustrà legasset , incertus animi quid magis sibi expediret, vtrū ut viuere pateretur tamen illustrem sui adulterij hostem, an ob extinctum orbis Christiani tamen clarum lumen tantam infamiae notam subiret, tandem cōstituit *Roffensem* Episcopum (quem iam Cardinalium collegio ascriptum acceperat, & cuius cōstantiam ne sperabat quidem aliquādō frangi posse) è medio prius tollere , periculum fa-

Roffensis
Cardina-
lis.

cturus

Caturus an *Morum* fortè postea de fenantia posset deducere. Ad decimum
 igitur Calendas Iulias *Ioannes Fisher* ^{frater}
 Episcopus Roffensis, quo nihil aut do
 ctius aut sanctius Anglia protulit, penè iam decrepitæ ætatis (cui nunquam
 persuaderi potuit, ut tenuem Episco-
 patum quem ex Dei vocatione pri-
 mū acceperat, alio quopiam locu-
 pletiore qui sèpius offerebatur, com-
 mutaret) ad iudicium primò, deinde
 quòd *Henrici* Primatū ecclesiasticum
 nollet confitefi, ad mortem produci-
 tur, qui simul ac scenam in qua glo-
 riosum certamen cōsummaturus erat
 conspexerat, abiecto senectutis bacu-
 lo: *Eia* (inquit) pedes, officium facite,
 parum itineris iam restat. Constitutus
 autem in loco martyrij, subleuatis in
 cælum oculis, *Te Deum* (inquit) lau-
 damus, te Dominum confitemur. Quem
 hymnum ubi totum absoluisset, cer-
 uices

*Mors Rof.
fensis.*

DE SCHISMATE

uices gladio subiecit, animā Deo redidit, iustitię coronam accepit. Caput hastili affixum, & in ponte Lōdinensi omnium oculis expositum, quò diutius ibi suspensū manebat, cō magis floruisse, ac venerabilius factum esse dicitur, ob quam causam loco amotum traditur.

De illo die quo *Roffensis* ad mortem ducebatur, *Morus* (quod tamen Rex vetauerat) certior factus, cùm vehementer timeret, ne fortè ipse martyrij corona excideret, ad Deum cōuersus, Confiteor (inquit) tibi domine, quòd tantam gloriam non sum meritus, nō sum ego iustus & sanctus sicut *Roffensis* tuus, quem de vniuerso regno isto tibi secundum cor tuum elegisti. Sed tamē si fieri potest, particeps siam domine calicis tui. Hæc & alia his similia cùm lachrymans diceret, nec vultu (quem alioqui placidissimū habebat) dolo

dolorem dissimulare iam posset, putabant illum filij huius seculi mortem timere, & ideo ut Regi obediret, aduci posse. Venerunt ad eum hac de causa multi principes viri, sed cum nihil proficerent, ad postremum vxori *Aloysiae* mandatum est negotium, vt ^{vxor Ms.} viro suaderet, ne illam, ne liberos, ne patriam & vitam, qua diu adhuc frui posset, pro derelictis haberet. Cum ergo *Vxor Mori* hoc apud eum occincret: Et quam diu *Aloysia* mea (inquit *Morus*) potero hac vita frui? Tum illa, totis viginti annis mi vir, si Deus voluerit. Vis ergo (ait *Morus*) ut æternitatem viginti annis cōmutem? Nætu imperita es mercatrix, mea *Vxor*. Nam si annorum viginti millia dices, aliquid tu quidem dices, sed tamen ad æternitatem quid essent?

Itaque cum *Morus* de sententia dimoueri non posset, ablati sunt ei omnes

DE SCHISMATE

nes libri, tanquam instrumenta quæ
illum ab amore seculi abductū, æter-
næ vitæ desiderio inflāmabant. Tunc
fenestris perpetuò clausis, nihil aliud
quām Deo & sanctis meditationibus
vacabat. Porrò cùm carceris custos ab
eo quereret, quid ita in tenebris sede-
ret, quid (inquit) facerem? nonne su-
blatis mercibus, claudēda est officina?
Merceſ suas dixit libros suos, ac verè
quidem officinam in carcere aperuit
Morus, in qua proposuit omnia sua
vænalia, vt pretij loco cælum accipe-
ret. Scripsit in carcere duos libros,
vnum idiomate Anglicano, quem in-
scripsit, *Solatium in perturbatione, alterū*
latinè, de passione Christi. Cumque ad il-
la Euangelij verba peruenisset, *Et inie-*
cerunt manus in Iesum, in ipsum quoque
iniectæ sunt manus, nec ultra ei licuit
quicquām addere. In iudicio autem
interrogatus, quid ei de publica lege

libri in-
carcere
scripti.

videretur, in qua omnis potestas Pon-
 tifici Romano abrogata, & summa ec-
 clesiæ gubernatio Regi cōcessa esset,
 (quæ lex post *Mori* apprehēsionem
 constituta erat) respondit sc̄ nescire an
 vlla esset eiūmodi lex. Iudice subin-
 ferente, At nos tibi denūtiamus talem
 extare legem, & eam suffragijs omniū
 esse comprobatam, quid ergo tibi de
 illa videtur? Si me, inquit *Morus*, pro ^{Graniter.}
 ciue habuissetis, ego vobis de vestra
 lege attestantibus credidisse. Nunc au-
 tem separasti me à republica vestra,
 & in carcerem non modò tanquam
 peregrinum, sed & tanquam hostem
 reclusisti. Me igitur huic reipublicæ
 mortuum, quomodò nunc tanquam
 eius membrum, de reipublicæ vestræ
 legibus interrogatis? Iratus iudex, iam
 inquit, dissentire à lege te video, cùm
 taceas. Si taceo, inquit *Morus*, hoc vo-
 bis ac legi vestræ in lucrum deputabi-
Acusè.

L tur

DE SCHISMATE

tur. Nam qui tacet consentire videtur.
Ergo nè inquit iudex , assentiris legi?
Quomodo, inquit, id faceré, cùm ne-
mo assentiatur ei quod ignorat? Desti-
nato autem consilio in hunc modum
consilium
Mori. respondit *Morus*, vt neque fidem ne-
garet, neque mortis periculo sese of-
ferret. Quanquam enim esset marty-
rij cupientissimus, tamen certò sciens
hoc esse donū Dei, dubitans verò (vt
sæpè dictitabat) vtrum Deus hac eum
gratia donaturus esset nec ne, eam re-
pondēdi moderationem quam nunc
exposui tenuit.

Porrò cùm iudex ad duodecim vi-
ros quorum est de capite omniū co-
gnoscere ac interloqui , causam *Mo-*
ri detulisset, illi eum dixerunt reum
esse mortis. Tunc *Morus* vocationis
suæ certior & securior, liberè aperuit,
quid ei de lege illa videretur. Ego (in-
quit) per Dei gratiam semper Catho-
licus

licus, nec vñquam à Pontificis Romani communione discedens, audiueram aliquandò Pontificis Romani Morus ratiōnem fidei suę reddit.

Potestatē legitimam quidem & laudabilem, sed tamen humani iuris, non diuinæ præscriptionis fuisse. Itaque cùm viderem statum huius regni cōferri, vt necessariò inuestigandum esset qua ex origine Pontificis Romani potestas dimanaret, toto septenio huius rei diligentissimè indagationi me dedidi, & deprehendi potestatē Romani Pontificis quam vos temerè (vt nihil dicam grauius) abrogasti, non modò legitimam, laudabilem & necessariam, verūm etiā Diuini iuris Primatus Papæ diuini iuris. & præscriptionis esse. Hæc mea est sentētia, hęc fides, in qua per Dei gratiā moriar. Vix hęc dixerat, cū omnes magna voce conclamarunt, proditorem & perduellem esse Morum. Reuertenti à iudicio filia eius Marga-

Lij rita

Margarita Moris filia. rita quam vnicè dilexerat, quam Grècè ac Latinè docuerat, cui ex carcere multas literas dederat, in itinere occurrat, ut vltimū vale patri suo diceret. Substitit pater, nec filiæ osculum negauit, quin & benedictionem imperijt. Affuit Margaritæ, Ioannis Harrissij (qui Thomæ Moro à secretis fuerat) vxor. Illa cùm Morum filia iam osculata discessurum timeret, nec ei spaciū valedicendi relictum iri, subito rapuit ad se Thomæ Mori caput, quod iam filiæ humero eminebat, & dominum suum magno desyderio palam osculata est, cui Morus, Inurbanè (inquit) sed tamen peramanter factum.

Martyriu[m] Mori. Pridiè nonas Iulias ad locum supplicij productus, cū ad imas scalas peruenisset, nec facilem ascensum videret, vñū ex ijs qui in scena constiterant, appellans, Da sodes (inquit) manum, ut ascen-

ascendam: nam ad descensum quod attinet, me mihi relinquas licet. Cùm preces absoluisset, populūmque testem quòd in fide Catholica moreretur, inuocasset, ac psalmum *Miserere mei Deus*, percurrisset, accessit ad eum carnifex, & venia de more petita, caput iustitiæ, veritatis, & virtutis amputauit, ingemiscente Anglia vniuersa, & non tām Christi martyrem, quām seipsam capite truncatam arbitrante. Eius diei summo mane filia *Mori Margarita* peragrabat sanctissimas ecclesias: & eleemosynas pauperibus plena manu distribuebat, iámq; omnibus elargitis, cùm in templo quodam orationi vacaret, Heu mihi (ait ad ancillam) obliterata sum syndonis qua patris corpus inuoluatur. Audierat *Roffensis Episcopi* cadauer, sine presbyteris, sine cruce, sine lumine, sine linteis proiectum fuisse in humū,

L iii nec

DE SCHISMATE

nec affuisse qui sanctum martyrem se-
peliret. Neque vero quisquam ei hoc
officium praestare audebat, quod ob
Henrici tyrannidem sibi omnes time-
rent. Quod, ne patri quoque suo ac-
cideret, *Margarita* cauebat. Consu-
luit ei ancilla ut de proximo acciperet
linteum. Quomodo (inquit) id fa-
ciam, cum nihil pecuniae reliqui ha-
beam? Credent tibi, ait ancilla. quam-
quam (inquit *Margarita*) longe a
domo absim, nec his hominibus no-
ta existam, tamen periculum faciam.
accessit ad vicinam tabernam, postu-
lauit quantum sufficere credidit, de
precio conuenit. Tum *Margarita* ve-
lut querendae pecuniae causa, manum
in peram misit, eo animo, ut diceret,
praeter spem sibi euenisse, quo minus
adessent pecuniae: sed si crederetur si-
bi, se quam primum id quod conue-
nerat redditurum. Ecce autem, cum
cer

certò ei cōstaret nihil omnino paulò
ante reliquum fuisse, tamen iam in
pera iustum syndonis preciū reperit,^{Miracu-}
nec vno teruntio plus minūsve, quām
eo tempore ex pacto persolui oport-
ebat. Miraculo confirmata, linteum
acepit, patris cadauer inuoluit, &
quia fœminam ac præsertim filiam,
nemo ab officio pio repulerat, Christi
martyrem honestè sepeliuit.

Sequente mense Octobris, *Henri-*
cus tāquām Summū caput ecclesiæ, vo-
luit sacra monasteria visitare. *Leum* ^{Visitatio-}
igitur quendam iuris ciuilis professo-^{Monaste-}
rem, ac neque sacris ordinibus initia-
tum, ad inquirendum in monachorū
& sacrarum virginum vitam ac mores
misit. Cuius visitationis hę fuerunt le-
ges, vt qui minor viginti quatuor an-
nis fuisset, è monasterio exire, & ad se-
culum reuerti cogeretur: qui verò ma-
ior esset, non cogeretur quidem sed

D E S C H I S M A T E

tamē exire si vellet, impunē posset. Ex-
euntibus autē, loco religiosi habitus,
togā sacerdotalem & aureosferè octo
Abbas daret: virgines verò sacræ vt se-
culariū fœminarum more vestirentur.

cui bono? Deniq; omnes omniū ordinū viri ac
ait Cas- mulieres pretiosissima quęq; ecclesia-
fius. arū ornamenta & sanctorū reliquias
regis quæstoribus traderēt. *Leus ergo*
iste vt cōmissum sibi officiū recte ob-
iret, virgines sacras ad incestū solicitā-
bat, nec de alia re libentiū vnquā aut
inquirebat aut loquebatur, quām de
stupro aut rebus venereis. Ea verò mé-
te visitatio hæc instituta est, vt Rex
omnē euertendi Monasteria, quorū

Anno Dō. bonis inhiabat, occasionem captaret.

1535.

Itaq; pridie Nonas Februarij, criminib-
us Religiosorū partim detectis, par-
tim cōfictis, obtinuit in publicis regni
comitijs vt minora quęq; monasteria
quorū annui census non nisi ad septin-

gcn

gentes fore aureos estimabatur, libidi-
 ni suę dederetur. Octauo idus Ianuarij
 eodem anno Serenissima *Catharina* ex
 hac vita ad villam *Cimbalton* decessit,
 & in Burgo S. Petri sepulta est. De le-
 cto autem in quo decubuit, Regi
 scripsit in hanc sententiam. Mi Domi-
 ne Rex Henrice, appropinquante iam
 mortis meę hora, charitas quae te pro-
 sequor, facit, vt admoneam te salutis
 animae tuae, quam cunctis huius mu-
 di rebus anteferre debes. Ego tibi
 condono, precorque ut condonet ti-
 bi Deus. Commendo tibi filiam no-
 stram communem, ancillas tres &
 ministros omnes, vt illæ nuptui com-
 modè tradantur: his autem præter id
 quod iam debetur, etiam vnius anni
 stipendum integrum velut cumulus
 accedat. Acceptis *Catharine* literis, Rex
 temperare sibi à lachrymis non po-
 tuit. Cæterum *Anna Bolena* *Catharine*
 fu

1535
An. Do.
1535.

Cathari-
na epistola

Catharine
hijpanymos 8

DE SCHISMATE

funebrem diem, non atri sed ~~qui co-~~loris vestibus induta celebrauit. Cui cùm nonnulli de æmula è medio sublata gratularentur, Imò (inquit *Anna*) doleo, non quidem quòd mortua sit, sed quòd tam honesto mortis generc obierit. Quáitus liuor, quem nec mors *Catharinæ* sustulit? Fit autem sàpè ut cùm maximè securi videmur, tunc summis inuoluamur periculis. *Anna* iam videbatur omni metu alicuius æmulæ soluta. Sed ecce, qui iustus est Deus, euestigiò aliam illi suscitauit æmulam, multò grauiorem quàm *Charina* vnquàm fuerat. Rex enim cœpit & *Annæ Bolenæ* tædio, & alterius puellæ amore affici. Venerat tempus

Vide flores.

Aborfus

Anna.

quo *Anna* iterum pareret, peperit autem informem quandam carnis molem, ac præterea nihil. Rex omnino videre volens quid *Anna* peperisset, ea de causa in cubiculum eius mox à par-

tu

tu intrabat. Illa & de aborsu dolens,
 & de Regis amore in aliam translato
 indignans, Ecce (inquit ad Regem)
 post illum diem quo meretricē illam
Ianam tuis genibus insidentem con-
 spexi, quām pulchrè vterus meus offi-
 cio functus est? Bono animo sis meū
 corculum (inquit Rex) non erit post-
 hac cur de me queraris. Et exibat qui-
 dem mōestus: *Anna* verò vbi *Henricum*
 nec hactenus v'disset masculum ex se
 generasse, nec iam deinceps generatu-
 rum speraret, constituit experiri, an
 alia quapiam via, quā Regis vxor iam
 esset, etiam Regis mater effici posset.
 Putabat autem adulterij sui crimen eò
 magis occultādum, si potius cum fra-
 tre suo *Georgio Boleno*, quām cum alio
 quopiam rem haberet. Quin etiam
 volebat superbissima & sui ipsius a-
 moti deditissima mulier, de genere &
 sanguine *Bolenorum* ex vtraque parte
 esse

Incessus
Anne Bo-
lenæ.

DE SCHISMATE

esse, qui regnum in Anglia occuparet.
Sed cùm neque ex illo scelerato ince-
stu, quod maximè cupiebat, assecuta
esset, cœpit animum suum ad vagam
libidinē eosque applicare, vt præter
Noresium, Vestonum, & Bruertonum ho-
mines non ignobiles, etiam *Marcum*
quendam musicum suum, in regium
thorum pelliceret.

*mira
temporis
auditorum*
Quæ tām effusa libido cùm Regē
diu latere non posset, tamen se nihil
scire simulauit vsque ad calendas Ma-
ias. Illo die cū Rex Grenuici ludicris
quibusdam spectaculis interesset, at-
que *Annam Bolenam* vidisset è fene-
stra sudarium quoddā demisisse, quo
vnus ex ipsius amasijs faciem sudore
oppletam extergeret, è theatro statim
prorūpens ad Vuestmonasterium sex
tantūm comitibus assumptis se cōtu-
lit. Postridiè verò *Anna* in carcerem
ducta, & ab ipso *Thoma Boleno*, qui pa-

ter

ter ipsius putabatur, inter iudices ex
iussu Regis confidente, adulterij & in-
cestus condemnata, decimo quarto
calendas Iunias capite feritur, cum no
totis quinque mensibus post *Cathari*
næ mortem, titulo Reginæ potita es
set. Cuius rei dolore etiam *Thomas*
Bolenus è vita non multò post migra
uit. Postridiè verò quam *Annæ Bole*
næ ceruices amputatæ sunt *Rex Ianam*
Seimeram in vxorem accepit, quam
priùs, etiam viuente *Anna*, & adama
uerat, & ipsi prætulerat: ut non minùs
mira quam iusta sint iudicia Dei, red
dentis vnicuique secundū opera sua.
Sicut enim *Anna Catharinam* supplan
tauerat, sic & *Iana* supplantauit *An
nam*.

1534

Iana semper
frena uxor

Vndecimo autem Calendas Iunias,
frater *Annæ Bolenæ Georgius Domi*
nus de Rupeforti, Henricus Norestus,
Gulielmus Bruerton, Franciscus Vestus, &
Mar

DE SCHISMATE

Marcus musicus, ob adulteriū, quod
cum *Anna Bolena* commiserant, securi
publicè percussi sunt.

Sexto idus Iunias Rex comitia pu-
blica, itemque Synodus episcopa-
lem indixit. In utroque concilio, de
fide & religione cum diu multumq;
disputatū esset, tam Rege quam Epis-
copis operam omnem interponenti-
bus, ne schisma quo inchoauerant,
in hæresim Lutheranam aut Caluini-
sticam transiret, tandem liber quidam
editus est auctoritate publica, cū hac
inscriptio, *Articuli per Serenitatem*

Regiam constituti, quorum primus, in
Eucharistiæ sacramento transubstan-

tiationem credendam: secundus, vnam
speciem sacramenti Eucharistiæ ad sa-
lutem sufficere: tertius, cœlibatum
sacerdotum omnino retinendū: quar-
tus, votorum castitatis & viduitatis
necessariam esse persolutionem: quin-
tus,

tus, non modò Missarum celebratiō-
nem iuri Diuino consentaneam, verū
& Missas priuatas fieri, bonum & ne-
cessarium esse: denique sextus, auricu-
larem confessionem in Ecclesia neces-
sariò conseruandam afferebat. Qui
secus doceret in illum tanquam hæ-
reticum supplicia cōstituenda, Regis
serenitas vtriusq; senatorij ordinis, &
plebis in comitijs adunatæ consensu
decreuit. Hic ergò status religionis in
Anglia tūc fuit, tūm à Catholica fide
alienus, ob primatum & vnitatem Ca-
thedræ Petri desertam, ac euersa om-
nium ordinum Monasteria: tūm à
Vuiclefistarum, Lutheranorum, Zuin-
gianorum, & Caluinistarum cētu ob-
articulos iam propositos, longè alie-
nissimus. Cæterūm tām Nobilitas an-
tiqua (solis assentatoribus qui Aulam
comitabantur, exceptis) quām plebs
Anglicana cūm non solum ab omni
hæ-

DE SCHISMATE

hæresi abhorreret, sed etiam penè tota esset Catholica, parum putauit in pessima nō incidere, nisi & optimam Catholicæ fidei conditionem retinaret. Itaque cùm viderent per speciem superstitionis tollendæ, re vera nihil aliud agi, quām ut sacra vasæ, Cruces argenteæ, calices qui sanguinem Christi portant, cæteraque ornamenta ex templis Dei subducerentur, primùm

*Arma pro
fide sum-
pta.*
*Anno Do.
1536.*

Lincolniensis populus, deinde Northumbria, Cumbria, Dunelmensis & Eboracensis ager arma sumpsit, adeò ut quinquaginta virorū millia & amplius in aciem prodirent. Insignia horum erant, *quinq[ue] vulnera Seruatoris, cl^{ix} cum hostia, & nomen Iesu in medio expressum*, quibus rebus demonstrabant se ob conferuādam fidem Christi bellum gerere. Aduersus quos cum Duce Norfolciae ac Suffolciae, Marchio Eoniensis alijque Regis ministri se oppo-
suissent

suissent, in ipso die prælij obtentum
 est, vt ad colloquiū vtrinque venire-
 tur, in quo *Henricus* (quòd malè sibi
 timeret) Catholicis populis promisit,
 se omnia illa de quibus illi quereban-
 tur, emendaturum, nec eum tumultū
 cuiquam detrimēto postea futurum.
 Quæ omnia cùm non edicto solum,
 sed & publicis tabulis confirmasset,
 tamen per speciem noui tumultus, nō
 quidem ab ijsdem Optimatibus, ve-
 rum à *Nicolao Musgrauio & Thoma Gil-
 bio* posteà concitati, etiam illi quos
 Rex ante securos fecerat, vltimū sup-
 plicium subire coacti sunt: Barones
 imprimis duo, *Darcius & Husius*, ^{Nob. &c. arrisi} persecu-
 equites verò aurati, *Robertus Constabi-
 lis, Thomas Percius, Franciscus Bigot, Ste-
 phanus Hamelton, Ioannes Bulmar, Guli-
 elmus Lomleius, & Nicolaus Tempestus*,
 Abbates duo, *Ieruiësis & Riuarius*, & qui
 omniū caput extitit *Robertus Aschius*.

DE SCHISMATE

Edouar-
dus nat^o.

1534

Sexto autem idus Octobris natus
est Henrico ex Iana Seimera filius quem
vocauit Edouardum. Sed cùm mater
egrè pareret, Rex interrogatus cui ma-
gis consultum vellet, vtrum vxori an-
filio, respondit filio, quòd alias vxo-
res perfacile reperturus esset. Iana igi-
tur ex dolore partus paulò post mor-
tua, Vindisoriæ sepulta est.

Forestus
Martyr.

An. 1536.

Vndecimo calendas Iunias Reu-
rendus pater Forestus ordinis B. Fran-
cisci, eò quòd Ecclesiasticum Regis
Primatū oppugnaret, in furcas dua-
bus catenis ad brachia colligatis attol-
litur, suppositoqué ad pedes eius igne,
crudelissimè torretur.

Iam ab aliquot annis Cromuellus in
Regis gratiam se insinuauerat, quòd
homo esset ad illius libidinem com-
positus. Is hæresi Zuingliana infectus
omnia ferè illa suggestit Regi, quæ ad
sacra diripienda pertinebant. Itaque
cùm

cum videret imagines quasdam San-
ctorum, itemque monumeta marty-
rum in honore apud plebem Christi-
anam esse, ipse vero timeret, ne amici
Dei nimis magno honore afficeren-
tur, auctor fuit, ut omnes illae Sancto-
rum imagines quas Deus (velut olim
Piscinam Bethsaidæ quæ ab Angelo ^{Ioan. 5.}
Dei commota, cum qui prior in illam
descendisset, à quacunque infirmitate
sanabat) præcipuis quibusdam mira-
culis populo suo commendauerat, vna
cum memorijs martyrum auro & ar-
gento refertis è medio tolleretur, qui
dum se idola abominari fingeret, ma-
nifestū sacrilegium perpetrauit. Nam ^{Rom. 2.}
sicut olim Jacob cum Dei visionem in
somnis vidisset, euigilans, lapidem
quem capiti suo supposuerat, erexit in
titulum, fundens oleum desuper, lo-
cumque appellans Bethel, hoc est, do-
mum Dei, ac voto facto reuersus po-

DE SCHISMATE

steà decimas Deo illic obtulit, & mul-
tis postea seculis viri timentes Deum
in Bethel, hoc est, ad locum à Jacob Pa-
triarcha dedicatum ascenderunt, por-
tantes secum hædos ut sacrificarēt ibi
domino: sic & populus Christianus
in Anglia ad certa loca sacra (in qui-
bus B. Virginis aliæque Sanctorum
statuæ fuerant erectæ, & operibus Dei
mirandis, honorabiles demonstratae)
orationis ergo ascendebat, cuiusmodi
tunc erant *Vvalsinghamum, Ipsicu*s*, Vr-*
gornia, Vilstonum, Cantuaria, & alia
cuiusmodi, quæ omnia Cromuellus dif-
iecit & deformatuit, ut opibus quas ibi
fideles obtulerant, potiretur: nec id
tantum, sed etiam à decimo sexto ca-
Anno Do. lendas Decébris initio facto, reliqua
omnia monasteria deturbauit & di-
ruit. Tam egregiè Rex fidem quam
Eboracensibus populis cum arma su-
merent de sacris non diripiendis de-
derat

*annum
monaste-
riorum e-
uersio.*

post

derat, liberauit.

Ad decimum calendas Decembris *Lambertus* quidā Zuinglianu*s* in campo fabrorum Londini combustus est. Is ab Archiepiscopo Cātuariensi *Thoma Cranmero* condemnatus, prouocauit ad *Hēricum Regem*. Cuius causam cū Rex ipse, publica disputatione cū eo instituta, cognouislet, hominē nemque iterum cōdemnasset, sententia mortis in eum per *Cromwellum Regis* in spiritualibus vicarium (qui & ipse fuit Zuinglianu*s*, quanquam id disimularet) palām recitabatur.

Octavo idus Iulias Vicarius rector parœciæ Vansuorti, & presbyter qui eum iuuabat, & famulus qui ministrabat, itēmque monachus quidem cognomento *Mayrus*, & ad decimū octauum calendas Decembris eodem anno, *Hugo Feringdonus Redingensis*, *Ricardus Vitingus Glasconiensis*, & ip-

M iij sis

*Hypocrisis
Cronelli.*

DEI SCHISMATE

sis calédis *Ioannes Becus Colcestrensis*,
omnes ordinis *S. Benedicti* Abbates,
itemq; duo presbyteri *Ruggus*, & *Onio*,
ob negatam *Henrici* pontificiam po-
testatē, matyrii coronam adepti sunt.

scenitum in cœlites. Acne in illos tantūm qui agerent in
terris sœuire, in cœlites autem nihil au-
dere putaretur, *S. Thomam Becketum*
Cantuariensem Archiepiscopum, ab
annis trecentis catalogo Sanctorum
in cœlo ascriptum, atque infinitis mi-
raculis illustratum, causam in terris
dicere post tot secula coëgit, ipsuq;
perduellionis condemnatum, inter
Diuos amplius censeri vetus. Imo in
comitijs publicis fanciuit, vt capita-
le crimen esset, si quis aut diem com-
memorationis eius sacrum celebra-
ret, aut in sacris precibus mentionem
eius faceret, aut omnino eum appell-
aret Sanctum, nomenve ipsius in Ca-
lendario sanctorum non deletum re-

manere permitteret. Flagitium autem ^{s. thome}
 quod hic sanctissimus martyr ^{peccati.} cōmi-
 ferat ob quod adeò seuerè puniretur,
 nullum aliud fuit, quām, quòd mo-
 numentum ipsius tantis opibus ac
 thesauris refertum erat, vt occasio-
 nem quæri oportuerit vndē expilare-
 tur. Qui enim Regius quæstor tunc
 erat, confessus est, tantam auri, argen-
 ti, ac lapidum preciosorum & sacra-
 rum vestium vim ex uno illo D. Tho- ^{Quantos}
^{mæ} monumento ablatam esse, quanta ^{thesauros}
 viginti sex currus onerauerat, vt ex eo ^{ex sacris}
 conijcere liceat quām innumerabiles ^{locis Rex}
 thesauros ex cæteris Sanctorum mo-
 numentis, atque adeò ex templis, &
 monasterijs omnibus idem Rex cor-
 raserit. Portò cùm hic sanctus Dei mar-
 tyr, sub cuius nomine tutelari multa
 Deo templa erecta fuerant, hoc mo-
 do exaucroratus esset, in Hibernia,
 cuiusdam parœciæ ciues cùm sui tem-

M. iiiij pli

DE SCHISMATE

pli Patronum audirent è Sanctorum numero & ordine motum : quarebant ab Episcopo suo , quem iam ex Sanctis Patronum sibi adoptarent. Respondit ille, ut Petrum aut Paulum, aut quemlibet alium in D.Thomæ locu substituerent. Et quid (ait quidam eorum) si Rex illum quoque de celo deturbarit ? Ergò (inquit alter ex vicinis) Sanctissimæ Trinitati templum nostrum dedicemus. Nam si quis posterit locum suum seruare, id utique faciet sanctissima Trinitas. Atque ita quidem fecerunt.

Anna eti
... 1538 41702

Anno Do.
1539.
Anna Cle-
uenfis. *o* Anna verò Gulielmi Cleuiæ Ducis soror, ex pacto cum certis Germanicis Principibus anteà inito, nupsit Henrico. Putabant Principes omnia satisfatto loco fore, si Rex eam ducturum se promisisset : non addiderant verò, ut etiam retenturum sponderet, duxit ergò , quinimò seduxit, cùm per co-

na

mitiorum interpositam autoritatem
 penè statim illam repudiauerit, *Ca-*
~~4 anthor.~~
tharina Hauarda in eius locum surro- *5 habzor*
 gata. Sed cùm Henrico nuptiarum cau-
 sa multùm molestiæ attulisset, atque
 ideò reformáda videretur, placuit ca-
 stissimo & vigilantissimo ecclesiæ pa-
 stori legem perpetuam stabilire, qua
 in posterum sciretur quæ cui ritè nup-
 ta esset. Indictis igitur comitijs, re
 multùm diuque disceptata, omnium
 ordinum suffragijs decretum & supre-
 mi capitis vltima sententia compro-
 batum est, si quæ personæ in Leuitico
 non prohibitæ, solo consensu, per
 verba de præsenti, nuptias, nulla car-
 nali copula subsæcuta, contrixerint,
 eæque ambæ seu altera earum postcà
 nuptijs cum altera persona in Leuiti- *Lex nup-*
 co non prohibita contractis, has po- *tiarum.*
 steriores nuptias etiam carnali copula
 consummauerint, vt illarum persona-
 rum

DE SCHISMATE

rum nuptiæ posteriores quas carnalis copula firmasset, non priores quas solus consensus statuisset, ratæ & stabiles haberentur, utque nemo in foro aut in iudicio audiretur, qui pro nuptijs prioribus solo consensu absque carnali copula initis, contra posteriores carnali copula consummatas verbū facere auderet. Itaque cum olim iuris gentium fuisset regula: Nuptias non concubitus, sed consensus facit, iam deinceps schismatici regis noua regula cœpit esse: Nuptias non consensus, sed concubitus facit. Cuius legis tātoperè posteā puduit ipsos Protestantes, ut mortuo Henrico, eam ipsi reuocauerint, & irritam fecerint.

perfectio-
tia. In mense Maio Sampson Cicestrensis Episcopus & doctor Vilsonus in vincula coniecti sunt, quod certos homines qui ecclesiasticum Regis Primate reprehendebant, opibus suis refe

refecissent & recreassent: ob candem
que causam *Ricardus Farmer* ditissi-
mus mercator bonis omnibus exutus
est, idque ex *Cromuelli* consilio ita
comparatum fuisse, nemo ignorabat,
cui tanquam alteri *Volfæo* rerum om-
nium administratio comissa iam fuit.
Erat quidam eques auratus *Ioannes Ne-
uellus*, vir Catholicus & ciuibus suis
charus: Hunc *Cromuellus* & ob fidem
& ob gratiam qua *Neuellus* apud po-
pulum valebat, odio habens, Regi ut
suspectum detulit, eundemque alea
cum Rege ludentem (sicut prius cum
Rege conuenerat) ad coenam inuitat,
a coena in carcerem abduci iubet, de
carcere gladio ferendum curat. Insi-
dias etiam clarissimo & maximè Ca-
tholico Baroni *Dacrio Aquilonari*
struxit. Sed quia quo die *Dacrius* ex
vinculis causam dixit, *Cromuellus* po-
dagra impeditus adesse non poterat,

Da

DE SCHISMATE

Dacrius ut erat innocens facilè absolu-
ebatur. Is verò tametsi non ignor-
ret, quām infestum sibi *Cromuellū* ha-
beret, tamen tempori seruiendum ra-
tus, domum illius adit, gratias agit,
quòd ipsius benignitate factum esset,
ut causa sua ex æquo & bono decide-
retur. Ibi *Cromuellus*, gratias (inquit)

*Barbara
Cromuellī
immani-
tas.* age tibiæ meæ, quæ nisi me impediis-
set, secundū demerita tua tibi euenis-
set. Homo ferus & barbarus ne dissi-
mulare quidem potuit immanitatem

suam. Decæterò autem cauendū iudi-
cans ne præda iterum ex vnguibus eri-
peretur, author *Henrico* fuit eiusmodi

*Lex crom-
uellī.* legis, ut si quis etiam absens atque in-
dicta causa, læsx maiestatis damnare-
tur, non minus ritè damnatus habere-
tur, quām si per duodecim virale iudi-
ciū (quod in Anglia solemne in pri-
mis habetur) eodemnatus fuisset. Sed
hic operæprecium est iustissimū Dei
iu di

iudicium ob oculos proponere, qui
malum consilium in cōsultoris caput
conuertit.

Cūm Saxonie Dux & Hassiae Co-
mes, vnā cum alijs aliquot Germaniæ
Principibus arma in Cæsarem sump-
turi, *Smalcaldicum fædus inter se per*
cussissent, ab Henrico Angliae rege im-
petrarunt ut eidem fæderi subscribe-
ret. Quod cūm Cæsar intellexisset, cū
Henrico egit, vt ne amplius id fædus
tueretur, aut confirmaret. Promisit
Henricus se facturum quod Cæsar po-
stulabat. Porro cūm Germaniæ Prin-
cipes iterum Regi supplices fierent, vt
idem fædus cum eis renouaret, Hen-
ricus quidem noluit fidem Cæsari da-
tam violare. At Cromwellus Germanis
propter societatem hæresis ex animo
addictus, qui etiam sciret Henricum si-
bi a Cæsare timere, & non molestè la-
turum, si Cæsar bello Germanico deti-
nere

DE SCHISMATE

neretur, arbitratus illum magis non audere quam non velle Germanico fœderi subscribere, inconsulto Regis illius tamen nomine fœderi subscriptis. Vbi autem Cæsar de hac re cum Henrico expostulasset, Henricus vero negaret suum nomine in renouato fœdere haberi; Carolus vero fœderis exemplum ad Regem mitteret: Rex perspecta re, Cromuello indignatus, morte eum censuit multandum. Sed cum Germaniae Principibus displice-re nollet, aliam criminis speciem in illum excogitauit. Vnde mirabili prorsus iudicio Dei factum est, ut Cromuellus omnium mortalium primus, secundum legem quam ipse dixerat, absens atque indicta causa tamen hæresis quam perduellionis septimo Idus Iulias condemnatus, vigesimo post die securi feriretur. Nec tamen ex ea re persecutio in Catholicos in-

Mors Crō-
welli.

sti

stituta cessavit.

Nam tertio calendas Augusti sex *Martyres* virti ad mortem ducti sunt, quorum ^{tres} tres Catholici, & alij tres erant hæretici. Factum est autem cùm bini & bini cratibus vimineis iniecti per plateas traherentur, vt singuli Catholici cùm singulis hæreticis in eadem cruce coniungerentur, quæ crudelitas ipsam mortem superare videbatur. Catholici erant *Thomas Abel*, *Edouardus Pouuel*, & *Ricardus Fetherston*, Theologi omnes, qui vt *D. Catharinae* partes in causa diuortij tuebantur, sic nunc quòd ecclesiasticum *Henrici Primatum* non agnoscerent, illum martyrij coronam acceperunt. Trés autem hæretici fuerunt *Robertus Barnes*, *Thomas Gerard*, & *Gulielmus Hieronymus* presbyteri, quos ob hæresim Zuinglianam Rex in campo fabrum comburi iussit.

Quar

*Martyres
quinque.*

Quarto nonas Augusti Prior cæ nobij Dancastricæ, monachi tres, & laicus cognomento *Philpottus*, quod nollent Ecclesiasticum terreni Regis primatum iurato confiteri, exclusi è terris, ad cælestem æterni Regis gloriam transmissi sunt. Eodem anno

*Anno Do.
1540.* ad quintum calendas Iunias *Margarita*

clarissima Sarisburicæ Comitissa *Regi-*

naldi Poli Cardinalis mater, (*Georgio*

Edouardi quarti Angliæ Regis germa-
Martyriū no fratre nata) nobilis surculus Eboracensis familiæ à Plantageneta descen-

dentis, gloriosam necem Tyrani iuslu-

pertulit. Cui nihil aliud crimini daba-

tur, quam, quod literas officij plenas à

Cardinali Polo, à tali filio talis mater,

in scio Rege accepisset, quod que sacrâ

imaginem quinque vulnerum Chri-

sti ferret in pectore, id quod Rex in-

terpretabatur ob amorem Eboracen-

sium, qui sub illis insignibus pro Chri-

sti

sti fide arma cœperant. Sed re vera 1541
 cùm non posset filium quem tanto-
 pere ob conscriptam vnitatis ecclesia-
 sticæ defensionem persequebatur, in
 suam potestatem redigere, matré pro
 filio immolauit.

Anno Domini quadragesimo pri- ^{Anno Do.}
 mo, supra millesimum & quingente-
 simum, habita sunt Ratisbonæ Impe-
 rij comitia. Rex *Henricus* iam non
 aliorum modo sed & suæ ipsius im-
 pietatis secundum seculum pertæsus,
 ad Ratisbonensia comitia misit *Hen-
 ricum Cneuettum* equitem auratum, &
Stephanum Gardinerum Vintonensem
 Episcopum, insignis doctrinæ & in-
 genij admirabilis virum, partim ut
 suam in fidei negotio moderationem
 certis Germaniæ Principibus proba-
 ret, qui eum in nouo Euangelio asse-
 stando tarditatis accusabat, præcipue
 verò, ut, cùm videret se neque Catho-
 licis

DE SCHISMATE

licis neque Protestantibus, propterea
quòd cum neutris plenè communica-
Reconciliatio ab Henrico tentata.
ret, gratum esse: iam deinceps ratio-
nem quandam cum Cœsare iniret, qua
Pontifici Romano recōciliatus, perfe-
ctā Catholicæ fidei regulā, qua nihil
verius, nihil certius esse animaduertit,
absque vlla simulatione sequeretur. Et
huc quidē adegit illum vis cōscientię,
quam veteres non immeritò adquar-
runt mille testibus. Ceterū quoniā
volet Rex saluo suę maiestatis ho-
nore, hoc est, absque publica tam cō-
testati criminis confessione, absque
pœnitentiæ actione, absque rerum
ab ecclesijs Christi ablatarum restitu-
tione, in vnitatem catholicam recipi:
hoc autem & Canones vetarent, nec
saluti eterne ipsius expediret, ista om-
nis cogitatio ad nihilum recidit, quia
gloriam hominum magis quam Dei
adamauit.

Quem

Quemadmodum verò ipse Rex neque Deo neque primę vxori fidē teruauit, sic etiam vxores ipsius fidem viro suo in matrimonio datam violarunt. Ecce enim *Catharina Hanardia* ^{Henrici} quam nōdum biennio toto vxorem habuerat, adulterij cōuicta, cum mœchis suis *Thoma Culpepero & Francisco Dirrhamo* neci datur. Cumque illi nō solum post regias nuptias verū & antea *Catharinam Hanardam* cognovisse dicentur, ne quid simile imposterum contingat, lex fertur, ut si qua mulier pro virgine à Rege habita, & ita in matrimonium accepta, nec verè virgo esse, nec stuprum suū Regi patefecisset, velut lēsæ maiestatis rea pœnas daret: Cæterū ne Rex ^{lex noua.} *h. e. a. b. y. e. x* turpiter iterū in virgine cooptanda erraret, *Catharinam Parram* viduam, Baroni *Latimero* priùs nuptam in sextam uxorem accepit, hoc solo beatā,

N i j quod

obit h̄enry
anno 1547

DE SCHISMA TE

quod Rex prius è vita sublatus est, quā
ex aula ipsam (id quod in animo ha-
buisse dicitur) ob hæresis crimen su-
stulisset.

Anno Do. 1543. Initio autem mensis Martij Ger-
manus Gardinerus, qui Stephano Vin-
toniensi Episcopo à secretis fuit, &
Larchus Chelsensis parochus, itemq;
Ioannes Irlandus presbyter, qui Thoma
Moro a facello fuerat, & paulò post
Ashbeus, martyrio affecti sunt, quod
Regis Primatum in rebus ecclesiasti-
cis locum habere negassent.

Hoc anno argenteus nummus qui
solebat in Anglia purgatissimus exta-
re, ab Henrico in æreum conuerti cœp-
tus est, non sine manifesta Dei vindi-
cta in sacrilegia & rapinas regias con-
sacrilegiū stituta & expetita. Cùm enim tot ac-
pæna. tanti monasteriorū in Anglia thesau-
ri essent, vt eorum vel decima pars eti-
am auarissimi regis mentem explere

bōsp

po

potuisset: tamen *Henricus* cùm thesau-
 ros vbique omnes, cùm cruces argen-
 teas, aureas, omniaque sacra vasa, cù
 altarium ornamenta, cùm omnem su-
 pellectilē penè mille monasteriorū,
 cùm omnia prædia, fundos, fructus,
 iura, & actiones in suam potestatem
 redigisset, cùm præterea decimas &
 annatas omnium beneficiorum, per
 vniuersam Angliam exigeret, & adeò
 cùm ipsum plumbeum, ligna atq; lapi-
 des monasteriorum vbique venderet,
 ex eoq; debuisset in eternū omnia ci-
 uibus suis tributa & vectigalia remi-
 fuisse (id quod se facturū simulabat, vt
 ciues eò libentius in monasterijs euer-
 tendis ipsius libidini assensum præbe-
 rent) imò cùm debuerit quocunque
 Christiani orbis rege, argento preſer-
 tim & auro ditior extitisse: tamen a-
 deò in contrarium ea res ex Dei iustif-
 sima voluntate cessit: vt multò paupe-

N iiij rior

DE SCHISMATE

Male par. rior intra paucos annos post expilati-
ta, peius onem istam fuerit, quam vñquam an-
pereunt. te aut ipse aut maiores eius fuerunt.

Quin ille solus plura tributa & ve-
ctigalia ciuibus suis imposuit, quam

*Hec ita es-
se depre-
henduntur
ex actis
Regum
Anglie.* omnes simul Reges per quingentos
ante annos fecerant. Cumquestanti-
bus adhuc monasterijs, vulgo Pseu-
doeuangelici iactitarent, neminem in
Anglia pauperem deinceps fore, si se-
mel claustra sacra dirumperentur, &
thesauri quibus Abbates incubarent,
prædiaque & agri quibus pauci iam
monachi alerentur, in manus plurium
deuenirent, adeò nihil eorum re ipsa
extitit, ut pro singulis qui antea ostia-
tim victum queritabant, nunc virgin-
ti ad minimum non modo idem vit-
genus sequantur, sed etiam quod mi-
serimè queritant, interdum vix inue-
niāt. Quid, quod cū pecunia numera-
ta ex tam puro argēto eatenus consti-
tisset

tisset, vt non nisi vndecima ferè pars
ex cupro & stanno adderetur, idque
moderandi & cōmiscendi causa, quò
facilius charecterem impressum sus-
ciperet: post illum diem per gradus
quosdam ab *Henrico* inchoatos, eò res
demū redacta est, ^{Pecunia adulteria} vt tandem vix duæ ^{ta.}
argentii vnciæ cum vndecim cupri &
stanni commixtæ reperirentur.

Vt autem res melius intelligatur,
sciendum est, *Henricum octauum* anno
regni sui trigesimo sexto, cùm in Gal-
lias ad obsidendam *Boloniam* expedi-
tionem susciperet, tām auri quam ar-
genti pretium auxisse, & argenti qui-
dem vnciam quatuor solidis Angli-
canis, hoc est, ferè octo regalibus
Hispanicis, æstimasse. Cūm verò
partim per tributa indicta, partim per
fēdorum annuos census, partim per
eorum quæ in portus inuchuntur ve-
tigalia, partim per commissa & cadu-

DE SCHISMATE

ca, quantum maximam potuit pecuniae summam in suas manus redegisset, tunc deinde nouam cudit monetam, multo minus puram & sinceram, adeò ut cum adhuc minus adulterina esset, tamen quarta parte ab illa prioris bonitate deficeret, quæ postea multò deprauatior facta est. Iam verò ut priorem monetam probatam de singulorum manibus quoad poterat auferret, & in suas transferret, plus aliquantò in singulas vncias quam vulgo eam æstimasent, ei daturum se ob-

Dolus & f. 44v. tulit, qui eam ad ærariū argenteāmve officinam attulisset. Soluit autem non modò magistratibus, ministris, militibus, sed etiam illis ipsis qui veterē monetam ei vendebant, noua illa minus proba moneta. Qua fraude efficit, ut à singulis, quibuscum ei pecuniarium negotium erat, non decimū, non quintum, sed quartū quemlibet

de

denarium velut tributi nomine cape-¹⁵⁴⁴
ret. Cumque hic dolus bene ei succe-
dere videretur, magis & magis pecu-
niā semper commiscuit & corrupit,
donec implesset mensurā dierum suo-
rum. Porrò Spiritus sanctus in sacra
scriptura premonuit, eos qui hoc mo-
do aliena bona expilant, nunquam
posse fideles Christi ministros esse.

Nam & Christus ait, *Qui iniquus est* ^{Luke 16.}
in modico, hoc est, in dispensandis
huius seculi bonis, & *in maiori*, hoc
est, in spiritualibus dispēsandis *iniquus* ^{Isaie 1.}
est. Et *Isaias* exclamat, *Argentū tuū ver-*
sum est in scoriā, Principes tui infideles, socij
furum. Atque hæc *Henrici* fraus etiam
ad solos schismatis sui hæredes per-
transiit, ut postea declarabimus.

Vbi autem integrum ferè bien-^{Anno Do,}
nium in bello Gallis & Scotis inferen-^{1544.}
do absumpsisset (in quo *Boloniam*
obsedit & ditione accepit) octauo
ca

DE SCHISMATE

Anno Do.

1545.

1545

calendas Decembris comitia indixit,
quorum assensu in ptoctrophia &
xenodochia, in studiosorum colle-
gia, denique in sacras oblationes quas
fideles defuncti salutis animę suę cau-
sa Deo fecissent, summam potestatę
accepit, vt quoad viueret, de his om-
nibus rebus quod videretur statueret.
Nihil autem statuit quod mors cum
occupasset.

Iam *Henricus* appropinquante mor-
ris suę hora, videns qua cupiditate, vel
quo potius furore vinculum vnitatis
ecclesiasticę dissoluisset, cum Episco-
pis nonnullis priuatim agere cœpit,
de ratione qua iterum Sedi Apostoli-
cæ ac per eam reliquis gentibus Chri-
stianis conciliari posset. Verūm hīc
Rom. II. videre licet seueritatem Dei in eos qui
aut prudentes ceciderunt, aut in pec-
catis suis altè obdormierūt. Præterita
enim *Henrici* crudelitas fecit, vt nemo
iam

iām illi fidele consilium dare , nemo
sui pectoris sensa patefacere , nemo
veritatem aperire auderet. Sciebant
enim multos neci datos , cūm priūs
aut illi, aut *Cromuello*, etiam iussi, libe-
rē quōd sentiebant loquerentur. Ita-
que nunc quoque vnu ex Episcopis
vtrūm insidiæ ipsi struerentur incer-
tus, respondit: Regem omnibus viris
sapientiorem esse, illum Diuino con-
silio Pontificis Romani Primatū ab-
dicasse, nec iām habere quōd timere
debeat, cūm publica regni lege iudi-
cium confirmatum sit. *Stephanus autē*
Gardinerus Vintoniensis Episcopus
seorsim Regi suafisse dicitur , vt si fieri
posset ordinibus regni conuocatis, re-
tanti ponderis cum illis communica-
ret. Sin ad eam rem spacium tempo-
ris nō daretur, saltem animi sui senten-
tiam scripto proderet, ibiq; conscienc-
iæ suæ testimoniū exponeret. Deum
solo

DE SCHISMATE

solo cordis voto cōtentum esse; quando res propter aliquod necessarium
 impedimentum expediri non posset.
 Sed cūm is semel discessisset, aderat
 mox ingens parasytorum turba, qui
 veriti ne si obedientia Pontifici Ro-
 mano redderetur, ipsi bonis ecclesiasti-
 cis exciderent, Regi omnino persu-
 debant, ne scrupulum talem in ani-
 mum irrepere pateretur. Et facile qui-
 dem à bono proposito reuocatur, qui
 non est in charitate fundatus & radi-
 catus. Ad nihil igitur aliud valuit Hen-
 rici cum Episcopis de restituenda uni-
 tate ecclesiæ oratio, quām vt se hacte-
 nus renitente conscientia diuisum ab
 ecclesia Romana fuisse, & ideo dū ag-
 nitam veritatem oppugnaret, in Spiritu
 sanctum peccasse patefaceret.

studia
 Henrici. Ut autem ingenium, studia & mo-
 res Henrici paucis perstringamus, à
 bonis literis nunquām alienus fuit,
 imo

imò liberalium artium Doctores fōuit, & quibusdam Professoribus auxit stipendia. Episcopos (prēter vnum Cranmerum) Cantuariensem, qui ad hoc factus est, vt in diuortio confi- ciendo illius libidini subseruiret) & doctos nominauit & minimè malos: adeò vt plerique eorum postea tām Edouardo quām Elizabetha regnante, ob catholicę fidei confessionem carceres & vincula subiuerint. Sacramen- tum Eucharistiae summo semper in honore habuit. Itaque cūm paulò ante mortem sub vnica specie (quòd semper obseruauit) communicatu- rus, de cathedra in qua sedebat, assur- geret, vt genibus in terram defixis, Sal- uatoris nostri corpus adoraret: Zuin- gliani autem qui astabant, dicerent, posse maiestatem suam in hac imbe- cilli valetudine sedentem in cathe- dra Eucharistiam percipere, illis ref-

pon

DE SCHISMATE

Adorabat Eucharistiam. pondit, si me non modò vsque ad terram deiijcerem, sed & sub ipsam terrā submitterem, ne sic quidem satis honoris huic sanctissimo Sacramento mihi viderer delatus. Denique nulla in re à fide Catholica discessit, præterquam libidinis & luxuriæ caufa. Penitus enim è carne sua victus & superatus, ob repudium Catharinæ non permisum: Pontificiam potestatem abiecit, Monasteria etiam euerit, partim quòd monachi & religiosi fratres maximè omnium repudio eius aduersabantur, partim quòd bonis ecclesiasticis inhibabat, quòd suppeteret vnde sumptus effusiores in epulas, meretrices, & insanas substructiones faceret. Nec ingenij acumen, nec iudicij grauitas ei deerat, si quandò alicuius negotij seriæ inuestigationi seipsum dedisset, maximè horis matutinis. Nam *ebrietas.* in prandio vt inebriaretur sēpissimè ei

con-

contigit: id quod lenones, adulatores,
atque hæretici, (quibus aulam atque
etiam cubiculum eius *c. Anna Bolena, &*
aliæ tām vxores quām concubinæ re-
pleuerant) cūm animaduertissent, ni-
hil ei præterquām pomeridiano tem-
pore aut suggerebant in aliorum per-
niciem , aut in suam rem commenda-
bant. Et alijs quidem obseruabant mo- Parafyll.
menta in quibus aluum copiosius ex-
onerauerat, quòd tunc hilarior solito
esset: alijs dum alea luderetur, spontē
damnum & fraudem ab illo inferri si-
bi patiebantur, vt cūm viderent illum
ob victoriam omnibus lætitij perfu-
sum, illi vicissim se omnia sua iām per-
didisse subinfrentes , vel innocentis
alicuius bona, vel plumbum quo mo-
nasterium aliquod fegeretur, vel ali-
cuius ecclesiæ campanas, vel simile
quippiam maximī pretij emendica-
rent. Alius etiam ob porcellum egre-
giè

DE SCHISMATE

giè assatū (quo genere cibi libentissimè vescebatur) alius ob sellā regiā longius ab igne opportunè remotā, alius deniq; quòd in lusu aleæ modestius se ac facetiùs gereret, non beneficio solum sed etiam honore auctus dicitur.

Maria hispania restituta *Aristocratis.* Mariam Catharinæ filiam honoris suo restituit, ut videlicet Edouardo filio in administrando regno proximè succederet, atque Elizabethæ præferetur. vndè certissimò constat eum Catharinam repudiasse mala mente ac fide, tantum libidinis causa, ut *Anna Bolena* potiretur. Testamento constituit impuberi filio sedecim tutores & curatores pari potestate, velut aristocratiam regno admiscens. Thomam Norfolciæ Ducem, vnum ex ijs qui legatos Apostolicos parù reueriti sunt, sed alioqui virum catholicum, paulò ante mortem perpetuis carceribus ad dixit, filium autem eius Comitem *Suri*

Surriae, securi percussit, magis ab hæreticis deceptus, qui viros catholicos è medio auferendos curarunt, quàm quòd illi in *Henricum* deliquisse putarentur. Ex pulcherrima corporis cōstitutione per ventris insatiabilem curram & expletionem eò deformitatis excreuit, vt vix per ostia ingredi, nullas autem scalas posset cōscendere, sed in cathedra constitutus machinis quibusdā in superiora ædiū attraheretur, Imò nihil sanguinis toto corpore *Abdomē.* iam reliquum fuisse, verùm omnia in pinguedinem exuberasse dicebatur. De instantे mortis articulo admonitus, pateram vini albi poposcit, atq; ad vnum ex suis conuersus, *Omnia (in Desperatio-* quit) perdidimus.

Regnauit annis triginta septem, *obit - et invenit ab 33a febri 1547 febri* mensibus nouem, diebus sex, quorū ferè viginti annos in pace catholica, quatuor sequentes in maxima lite &

O flu

DE SCHISMATE

fluctuatione, quatuordecim postremos in aperto schismate trahit. Cum tres eius liberi omnes ordine regnassent, tamen nullus eorum memoriam patris aliquo monumeto cohonestauit. *Maria* quidem cupiebat id facere, nisi quod religione impeditabatur, ne Catholica, schismatici nomen postris commendaret. *Edouardus* autem & *Elizabetha* quibus *Henrici* defectio & schisma probatum fuit, omnem sensum humanitatis in hoc officij genere prætermittendo, exuisse viderentur, nisi quod manifesta Dei vindicta est, ut qui tot Sanctorum cineres dissipauit, & tanta martyrum sepulchra diripuit, ipse omni honore sepulchri caret.

DE



DE SCHISMATE
HENRICIANO DEFENSORE ET AVCTO PER TV-
tores Edouardi Regis adhuc pueri, &
quomodo in apertissimam hæresim Cal-
uini desierit:

Pars secunda.

DOstquàm Deus vidit Anglos in eam cogitationem incum-
bere , vt visibilem Ecclesiæ gubernationem à Petri successore, cui ^{Ioan. 21.} 1.
cam dominus commendauerat, abla-
tam, seculi Principibus tradituri essent,
clementissimè prouidit, vt nec alij pri-
mùm quàm Henrico, non minus Lu-
theranorum & Caluinistarum, quàm
Catholicorum persecutori, nouus hic
Anglicanæ Ecclesiæ Primatus obue-
O ij niret

DE SCHISMATE

niret, nec huic ipsi alia quam turpissima & planè detestabili occasione obueniret. Neque enim Deus permisit ut *Henricus* alia ratione aut via caput Ecclesiæ Anglicanæ fieret, quam si prius sanctissimam vxorem suam *Catharinam* repudiaret, *Annamque Bole-*
nam in primo & plusquam primo gra-
du affinem, imo fortassis & filiam
dumq. fortassis suam, viuentis Catharinæ loco du-
ceret.

Porro cum post tanta Henrici flagitia, Angli eundem ecclesiæ Primatu adhuc etiam seculi Regibus deberi contéderent, iterum bonus Deus militiam illorum, rerum ipsarum vi & pondere cohibiturus, benignissime prouidit, ne aliis Rex cui nuper institutus iste Primatus secunda vice deferri posset, Anglis obtingeret, quam puer, qui neque seipsum per naturam nedum tot Presbyteros & Episcopos,

qui

quibus in ijs quæ Dei sunt, etiam in
summo gradu præficiebatur, nouerat
gubernare.

At cùm ne sic quidem Anglicani
Protestantes errorem suum corrige-
rent, Deus in sua bonitate progrediēs,
tertiō prouidit, ne alias huic puerō
succederet, qui Summū caput ecclesię
Anglicanę dici posset, quām fœmi-
na, quā neq; in ecclesia cū authoritate
loqui posse, nedū Ecclesię summā gu-
bernatrixem dici debere, iam ante ex
Pauli Apostoli verbis didicerat. Illiau-
tē nec ista quidē Dei misericordia emē-
dati, secundū duritiam suam & im-
penitens cor, thesaurizant sibi iram in
die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei.

Quis nunc aut Dei sapientiam &
bonitatem satis admiretur? aut homi-
num insipientiam & malitiam satis
deploret? Qua enim ratione Deus bo-
nitatem & sapientiam suam magis

O iij ma

1. Cor. 14.

Gen. 3,

DE SCHISMATE

magisque commendat, dum Anglicanis protestantibus nullam peccandi occasionem nisi primo turpissimam, deinde turpissima turpiorem, ac demum supra quam dici potest execrabilem relinquit, eadem ipsa ratione protestantes magisque in malo progredientes, gradatim suas iniurias complent. Primum enim à Petri successore ad Neronis ventum est successorem, à Pontifice ad Regem, à presbytero ad laicum, & quem laicum? Deinde inter laicos ventum est a viro ad puerum, de cuius actis nunc mihi dicendum erit: a puerō autem venietur ad fœminam, de qua etiam pauca paulò post dicentur.

V A M primum ergo ijs qui rerum potiebantur, visum est Henrici octauī mortem (aliquot diebus ut putatur, occultaram) pro

promulgare, statim *Edouardus Henrici*
ex Iana Seymera filius, nonum ætatis
 annum agens, Rex Angliae & Hyber-
 niæ pronuntiatur: nec id solum, sed
 etiam qui sub tutoribus instar serui
 adhuc egit, & capite alio egebat, fit
 Summum ecclesiæ Anglicanæ, & Hi-
 bernicæ in terris caput, proximè se-
 cundùm Christū ipsum, perindè qua-
 si Christus qui per Prophetam suum
Væ illi terra denuntiauit, *cuius Rex puer*
essel, tamen dilectam Ecclesiam suam
 puero ac penè infantī regendam &
 moderandā, idque in summo gradu,
 cōmisisset. Sed ita Deo placuit rebus
 ipfis patefacere quām iniustè *Henricus*
octauus cum sibi titulum primus mor-
 talium arrogasset, quem etsi absurdissimè
 à seipso suscepimus, tamen multò
 absurdius ad hæredem suum impube-
 rem transmissurus esset.

Post regis autem noui promulga-

O iiiij tio

*a. ly scribunt quod
 Edwardus 10 annos
 puer ab 1547 usq.
 adiug. obiit 1553.*

Eccles. 4.

Ephes. 5.

An. 1546.

*Iustitia
Dei.*

tionem, cùm nihil prius putaretur faciendum, quàm vt vltima nuper defuncti Regis voluntas executioni mādaretur: admirabili iustitia Dei factū est, ne quid prius fieret, quàm vt vltima *Henrici* voluntas in irritum deduceretur. Qui enim tām infinitas aliorum voluntates etiam pietatis causa nitentes, euersis Monasterijs, Ecclesijs, Altaribus, quæ illi ad inuocandum Dei nomen sanctè crexerant, impiè violasset: quomodò pateretur Deus vt eius vltima voluntas vel ad vnius horæ momentum, ab ijs quibus maximè fidebat, obseruaretur? Constituerat *Henricus* impuberi filio suo iām nonum ètatis annum agēti, sexdecim gubernatores equali potestate, vt si unus quispiam ex Optimatibus regnū inuadere, aut filio iniuriam facere conaretur, non decessent qui tenerem cius ætatem propugnarent

narent. Ex his tutoribus cùm non pauci essent Catholici, eamq; ob causam, ad Ecclesiæ Catholicæ vnitatem totius regni statum reuocare cuperent, præsertim quòd ea etiam mente *Henricum & aliás, & maximè iām moritum fuisse cognouerant: alij scientes multò plus præsentis commodi & lucri per ecclesiarum direptionem, quām per rerum ablatarum restitutio-*

nem, acquiri, non solum ab ea sententia dissenserunt, verūm etiam ultius in schismate progrediendum iudicarunt. Ecce igitur *Edouardus Seymerus, Edouardi regis auunculus, tunc Hertfordiæ Comes, sed paulò post factus Somerseti Dux, neglecto Henrici testamēto, alijs cohortatibus, alijs cōniuentibus, alijs ne contradicere auderet metu perterritis, & penè solo Thoma Vrithesleo quem Henricus summū regni Cancellarium moriens reliquerat*

Edouardus Seymer.

DE SCHISMATE.

rat, palam se opponete, seipsu creauit
solu & vnicum Regis tutorem regni-
Ierem. 23. que protectorem. Nec dubitari pote-
Ioan. 10. rat, quin hic vir à nullo missus, verùm
à scipso veniens, officio suo egregiè
scilicet functurus esset. Is ergò secun-
dùm sectam caluinista, nihil anti-
quius habuit, quām vt degenerem il-
lam & mutilam religionis formam
ab Henrico præscriptam, tamen mul-
tò adhuc magis pollueret & contami-
naret. *Henricus* enim Monasteria qui-
dem omnia deiecit, locupletissima sá-
ctorum martyrum Mausolæa diri-
puit, nonnullas præterea diuorum
statuas, & imagines, quas Deus mi-
raculis illustrasset, deturbauit: sed ta-
men in ciuitatibus, in oppidis, in col-
legijs, in pagis ecclesias infinitas à ma-
ioribus constitutas, vbique sartas te-
Nō omnia
deiecit
henricus. ëtas præstítit, omniáque illis orna-
menta, cruces, imagines, vasæ, vesti-
menta

menta, salua & integra conseruauit. Sacra-
menta septem in honore semper
habuit, denique h̄ereses penè omnes,
præter illam quæ Romani Pontificis
Primatum & Monasticas religiones
oppugnabat, cohibuit & repressit.
Ceterū nouus hic *Edouardi* Prote-
ctor & cætus ei adhærens, primūm
per vniuersum Angliæ regnum ven-
tos cohibuit, ne flarent super ter-
ram, indicto videlicet Episcopis & ^{Apoc. 7.}*Ablatum*
pastoribus ecclesiarum omnium si-
lentio, ut cùm nemo esset qui parue-
lis potentibus panem frangeret,
deinceps Lutheranorum & Caluini-
starum, quibus solis concionari per-
missum est, mortifera venena tanto
auidius à famelicis populis hauriren-
tur.

Deindè Christi Saluatoris, Deipar-
æ Virginis, Apostolorum & Pro-
phetarum omnes omnino imagines
^{Ablatae}
^{sanctorū:}
^{imagines.}
tām

DE SCHISMATE

tam pictas quam fabrefactas partim
deleuit, partim combussit, eo ipso de-
clarans cui bellum indiceret, & contra
quem veniret. In locum vero deiecit
crucis Christi, surrogarunt Regis An-
gliæ insignia, nempe tres leopardos,
& tria lilia, hinc serpentis, inde canis
pedibus expansis sustentata, quod per
Hæreticus indè erat ac si dixissent, se non Chri-
Rex, Pro-
testans
Christus. stum cuius imaginem contumeliosè
deiecerant, sed Regem terrenū, cuius
insignia eodem loco erexerant, colere
& adorare.

Nec his malis contenti Caluinistæ,
Ablatum tremendum etiam corporis & sangu-
Euchari- nis Domini sacrificium quod à Cate-
stie sacri- chumenorum prima, & fidelium se-
ficium. quente dimissione, Missarum nomen
iam olim acceperat, in publicis comi-
tijs abrogarunt. Nec enim per aliam
speciem diripi poterant calices, argen-
teæ pixides & cruces, vrceoli & alia
fa

sacra vasæ, cædælabra argentea & ænea,
sacræ vestes auro intertextæ, vexilla
serica, cereorum, olei, & aliorum om-
nium quæ cultui diuino dedicabantur
premium, denique ipsi fundi & agri ad
has res sustentandas donati non pote-
rant alio prætextu ferè auferri, & in
priuatorum profanos vsus conuerti.

Quarto autem loco sancitum est, ut
Eucharistiæ vtraque species cuilibet
de mysterijs participantí necessariò
traderetur.

Quinto loco decreuerunt, vt sacra
officia recitarentur in vulgari lingua. Ablatas
cra lin-
gua.
In quo decreto illud perridiculè eue-
nit, vt cùm omnia in Ecclesijs Angli-
cè legerentur, eo videlicet prætextu ne
populus quid in rebus diuinis agere-
tur, ignoraret, sed Amen respondere cor. 14.
posset: interim neque Vallorum, ne-
que Cornubiensium, neque Hiber-
norum populus penè quicquam eo-
rum

DE SCHISMATE

rum quæ recitabatur intelligeret, propter ea quod istarum gentium lingua longè est ab Anglorum idiomate diversa: Cum tamen si latinè officia perfecta essent, saltem pastores qui latinè sciebant, multa illis, quæ in officijs diccerentur, interpretaturi fuissent. Nam proprius vulgarium linguarum locus in concionibus potissimum cernitur, quo iure semper vfa est Ecclesia. Nunc autem dum in Vvallia, Cornubia & Hibernia, preces Anglicè fundebantur, factum est, ut minus quod obtendebatur per linguam vulgarem, quam per latinam efficeretur.

Primi ritus calvinistarum. Administrandæ autem Eucharistie ritus in illis primis regni comitijs prescripti parum à Catholicorum Missa distabant: Ut videlicet, populus non putaret quicquam sibi ablatum, sed ea quæ latinè prius legebantur, tantum in vulgarem linguā crederet esse translatā

lata. Itaque Canon Missarum penè totus ab initio ad verbum transcriptus fuit. Signa etiam benedictæ crucis retenta sunt, illa, inquam, quæ manu tantum Sacerdotis expressa erant. Ceterum nō omnes Protestantes eodem spiritu agebantur. Qui enim nihil nisi opes Ecclesiasticas querebant, parum curabāt si crucis imagines in aëre solo designaretur. Qui verò nō poterāt ferrare, vt vel ita saltē mortis Christi figura & imago in honore aut vsu aliquo haberetur, breui postea obtinuerunt vt sublatis eiusmodi ceremonijs, totoque canone remoto, noua liturgiæ ^{secundi} forma proponeretur. Quæ Protestātium inconstantia multum retardauit ^{caluini-starum ritus.} rudem populum, ne eorum doctrinæ assentiretur. Dicebat enim: videamus prius quò euadent, vbi consistent, & quiescent.

Proponebantur etiam in publicis

DE SCHISMATE

comitijs (tanquam in synodo quapiam Episcoporum) causæ spiritales, quæ ad ecclesiasticum ius constitendum pertinerent. Inter cætera verò de matrimonio quodam ita definitum constat. Opifex quidam fuit cui nomen *Mattheo Barro*. Cuius vxor (ex qua etiam liberos genuerat) lauabat olim familię Cromuellanę lineas ve-

*Adhuc iste viuit dlerus non obscuri nominis vir. Mat in gratia & honore theus autem iste, nescio qua de causa apud Eli- zabethā. in transmarinas regiones se contulit, nisi quòd quidam existimabant ei sus- pectam fuisse vxoris suæ castitatem: & ideo eum abijisse, ne videre cog- retur, quòd neque ferre poterat neque emendare. Cùm ergò annis aliquot abfuisset, vxor ipsius audiens virum fuisse mortuum, nupsit Radulpho Sad- lero equiti aurato. Tandem *Mattheus* in patriam reuersus, vbi reperit vxo- rem*

rem suam alteri nuptram, cœpit illam
repetere. Ex altera verò parte *Sadlerus*
qui liberos etiam ex ea genuerat, non
patiebatur illam à se diuelli. Res ad
summum tribunal, id est, ad publica
regni comitia tām sub *Henrico* quām Caluini-
sub *Edouardo* regibus defertur. Ibi de- Barū lex
cernitur mulierem istam quæ primū de matri-
monio.

Matthæo, deindè *Sadlero* nupta, ex v-
troque liberos cōceperat, nō *Matthæi*
prioris mariti, sed *Sadleri* vxorem de-
inceps habendam esse. Potentior quip-
pè fuit ditiórque *Sadlerus*: & ideo con-
tra Euangeliј veritatem, prioris viri
adhuc viuentis vxor secundo marito
adiudicata est, vt non minus nouæ
matrimoniorum, quām sacrorum ri-
tuum leges instituerentur.

Interim Catholici Angli & præ-
sertim doctiores, qui schisma *Henri-
ci octauii* saltem post mortem eius re-
primendum sperabant, vbi adeò id

P non

DE SCHISMATE

non cuenire perspicerent, vt potius
in multò pestilentiorem hæresim erū-
peret, partim seipsoſ accularunt, quòd
primis initij fortius non obſtitiffent,
partim mœrore ac squalore confeſti,
miserimam vitam tradiſebant. Qui
enim legerat apud ſanctum Ioannem
Chryſtoſtomum, contra paganos Diui-
nitatem Christi propugnantem, ve-
terem & antiquam patriæ ſuæ fidem
ob hoc iſum commendatam, quòd
altaria iam olim in Britanniſ erēcta
Christo fuiffent (ſunt etiam, inquit

chriſt. *Chryſtoſtomus*, in Britanicis iſulis
in Homil. extra hoc mare ſitis, fundatæ ecclesiæ,
quòd chri- & erēcta altaria) cùm illi iam post
fus ſit mille & penè ducentos annos eadem
Deus. altaria non à paganiſ, verū ab ijs qui
ſeipſoſ vocant Christianos, dirui &
euerti conſpexiſſent: quo animo par-
eſt eos hoc ſpectaſſe? quas fudiſſe la-
chrymas? quos gemitus edidiſſe? nam

si altaria Christi olim fuerunt Christianæ fidei signa : utique corundem altarium deiectio iam signum est per-^{Not. 42}
fidiæ Antichristianæ.

Iam in omnibus officinis & tabernis, in popinis & fornicibus, de fide inibatur disputatio, sacram scripturā (ut Hieronymus olim quæstus est) ga-
rula anus, delirus senex, sophista ver-<sup>Epiſt. 103.
tom. 3.</sup>
bosus, vniuersi deniq; presumebant,
lacerabant, docebant antequām dif-
ferent. Alij philosophabantur inter
mulierculas, alij discebant à fœminis,
quod viros docerent. Præcipuè autem
Apocalypsis, quæ tot habet sacramen-
ta quot verba, in omnium ore versabatur. Indè Protestantes sua dogmata
confirmabant, indè ad sensum suum
incongrua aptabant testimonia, ma-
gna id audacia edifferentes alijs, quod
ipſi non intelligebant. Nec ad aliud
quicquām tūm (ut in sectarum ma-

DE SCHISMATE

ximè initijs fieri solet) vacabant An-
gli, quām vt aliquid noui dicerent aut
*co'umna
catholice.* audirent. His autem nouitatibus vt-
cunque sc̄ opposuerūt Stephanus Vin-
toniensis, Edmundus Bonnerus Londi-
nensis, Cuthbertus Tonstallus Dunel-
mensis, Nicolaus Hethus Vigornien-
sis, & Datus Cicestrensis, omnes Epis-
copi venerabiles. Contrà verò ab hæ-
resis parte stabant Cranmerus Cantua-
riensis Archiepiscopus, de Anna Bo-
lenæ domo ad Archiepiscopatum vt
priùs diximus, assumptus, & illi om-
nes qui ab Edouardo Rege in Episco-
pos cooptabantur, videlicet, Rydleus
Londinensis, Hoperus Glocestrensis,
Poynettus Vintoniensis superintēden-
tes. Alij medium tenebant viam (qua-
tamen in Dei cultu nulla est) optantes
quidem, vt Catholica fides vinceret,
sed hæresim etiam sequentes, ne ali-
quid propter Christum perdidisse vi-
deren

derentur.

Atque hactenus quidem *Cranmerus*
rus iste, *Henricianum*, hoc est, *Henrici*
nus. Regis sectatorem se gesserat, ut potè
 qui neque latum vnguem ab *Henrici*
 præscripto vñquam recedere in vlla
 re audebat. Sacrificio Missæ interfuit
 quotidie dum regnabat *Henricus*, sta-
 tis etiam diebus id ipse peragebat.
 Vnum illud molestissimè illum habe-
 bat, quod meretricem suam non po-
 terat palam vxoris loco liberè habere,
 quia id *Henricus* prohibuerat, sed par-
 tim domi eam occultare, partim cum
 foras prodiret, cista inclusam secum
 vni circuferre cogebatur. Idem vero
 ubi mortuus est *Henricus*, desit *Hen-
 ricianus* esse, & factus est totus Luthe-
 ranus, cum tamen sciret *Henricum*, *Lu-*
thero vehementissimè aduersatum. Is
 igitur Catechismum *Edouardo* dedi-
 catum in lucem edidit, ac prælo man-

DE SCHISMATE

dauit, in quo docuit quemlibet Christianum qui Eucharistiam recipere, siue sub pane, seu in pane, seu cum pane, certe quidem in os suum recipere ipsum Christi verum corpus & sanguinem. At vix pauci menses prætierant, cum miser intellexit Regis Edouardi Protectorem Somerseti Ducem, non Lutheranū sed Caluinistam esse. Quid faceret? Catechismū recudit, vocem mutat, ex Henriciano & Lutherano fit Caluinista. Senserant hoc multi ex Protestantibus, & propter ea non Cranmero, sed potius Hugoni Latimero petulantis oris hæretico, primas in Euangilio prædicando tribuerunt, quem passim vocabant, Apostolum Anglorū, tanquam is primus Anglis verū Dei Euangeliū annuntiasset. Ignorabant verò illi, & ipsum Latimerum ab initio non Caluinistam, sed Lutheranum fuisse. Etenim

Cranmerus
caluinista.

Latimerus.

Lati

Latimerus palam in academia Oxoniensi fatebatur se penè usque ad ultimam sene^tutem Lutheranum fuisse, nec factum Calvinistam alterius magis opera quam *Thome Cranmeri*, & id non nisi paucis annis ante mortem suam.

Erat *Edouardo Somersetensi Duci* & regis protectori germanus frater *Thomas Seymerus*, mari & classi regiae prefectus. Is *Catharinam Parram Henrici* regis ultimam vxorem post Henrici mortem duxerat. Facta est igitur contentio maxima inter *Catharinam Parram* & Protectoris vxorem, quae cui praxiret. Ista contentio non quieuit in foeminis, verum & ad viros transiuit. Cumque emulatio quotidiè cresceret, nec Protectoris vxor virū quiescere pareretur, eò tandem peruentum est, ut Protectorem (qui licet regem regeret, tamen ab uxore sua regeba-

DE SCHISMATE

tur) oporteret germanum fratrem suum è medio tollere , quo nihil suè libidini deinceps impedimento esset. Porrò cùm nihil occurreret in *Thoma Seymero* morte dignum, prèter hæsim , quam Protector in crimen fratri suo vertere non poterat (ipse author eiusdem hæresis) necessè erat fin gere aliquid. Facile tanquam à *Iezu bebe* crimen excogitatum est. At quomodo promulgabitur ? Itum est ad hunc nouū Apostolū *Anglorum Hugonem Latimerum*. Egit cum eo Protector, vt fratrem suum in concione ad populum velut perduellem traducere. *Hugo Latimerus*, cuius Apostolatus in mentiendo constituit, non recusauit officium. Prodijt in rostra, narravit *Thomam Seymerum* nescio quas infidias in maiestatem regiam moliri, proindè meritum esse mortem. Non acclamauit populus, vt solebat.

Jam

*Latimeri
Apostolatus.
ius.*

Iam enim puduit ipsum Apostoli sui ¹⁵⁴⁸
quem videbat calumniam innocentis
struxisse. Thomas verò Seymerus per-
duellionis damnatus, decimo tertio ^{Anno Do.}
calendas Aprilis securi percussus est. ^{1548.}

In defensionem fidei Catholicę
his diebus multi etiam scripsierunt in-
signia opuscula, Doctor *Perinus*, qui
fuerat de ordine *S. Dominici*, *D. Smi-*
thæus sacræ Theologiæ in Oxoniensi
academia regius professor: & cæteris
omnibus ingeniosior, *Stephanus Vin-* ^{stephan.}
toniensis Episcopus. Is autem cum ad ^{Vintonian}
cum certę homiliæ vulgari lingua cō- ^{scriptæ}
scriptæ perferrentur, in quibus de iu- ^{V. de joann.}
stificatione solius fidei malè ac impiè ^{forn. de ipso}
docebatur, statim opposuit se, illas- ^{graduero}
que homilias dixit hæreticam doctri-
nam continere, nec ullo modo plebi
Christianæ prælegendas esse. Quod
cum non solum in priuatis sermoni-
bus diceret, sed etiam è suggestu do-
ceret

DE SCHISMATE

ceret, nec tantum in articulo iustificationis, verum & in alijs permultis,
principuè autem in causa Eucharistiae
hæresim tam *Lutheri* quam *Caluini* acer-
rimè tam verbo quam scriptis oppu-
gnaret, in vincula pridiè calendas Au-
gusti coniectus est.

Anno Do.
1547.

Anno autem sequente circa festum
D. Ioannis Baptiste populus Cornubiensis & Deuoniensis molestissime fe-
rens filios suos non auito & patrio,
sed nouo & inaudito more baptizari,
ac Missæ sacrificium prorsus aufer-
ri, altariaque non Iouis aut Dianæ,
sed omnipotentis Dei & vnius me-
Arma pro diatoris Iesu Christi, passim dirui ac
fide sum- subuerti: uno consensu arma pro fide
pta. sumpsit, Exoniā obsedit, equites qui
ex Cleuia in ipsos euocabantur, sagit-
tarū nimbo repulit, in quorum onu-
stos currus siue ab inuitis, seu ex pro-
posito relictos, dum nonnulli teme-
rē

rē solutis ordinibus incurunt, ijdem
equites reuersi eos fugarunt & deleue-
runt. Atque ita hoc bellum absolutū
est, nullo sanè alio fructu, quām quòd
credendū sit aliquos eorum suas ani-
mas ab hæresi liberasse. Nam vt fra-
tres è scrutute diaboli eriperent, non
illis est datum. Alij etiam multi popu-
li per vniuersum Angliæ regnum, pre-
cipue autem in Norfolcia, ob agros
(vt aiebant) à locupletioribus iniustè
possessos atque ad plebis iniuriam cir-
cumseptos, arma sumpserunt, multa
Nobilium roboraria euulsis palis pro-
palarunt, multorum sepes disiecerunt,
fossas impleuerunt, piscinas emiserūt,
ceruos, damas, cuniculos intercepe-
runt, denique nonnullos bonis, alios
etiam vita priuarunt. Deus his exem-
plis admonitos voluit regni Princi-
pes, quòd impiè seipsoſ à Pontificum
& patrū suorū obedientia diuisifſent.

Qui

DE SCHISMATE

Qui enim suo capiti subesse iniuste
recusat: meritò nec à suis subditis, tan-
quam ipsorum caput agnoscitur. Sed
cùm Optimates nihil horum intelli-
gerent, Deus etiam externos illis ho-
stes suscitauit.

Galli enim his tumultibus ad suum
commodum usuri, eodem tempore
inuaserunt præsidia quædam & arces
oppido Boloniæ, quod adhuc Angli
tenebāt, adiacentes. Quam occasione
Protectoris administrationem repre-
Ioannes
Dudleius. hendendi *Ioannes Dudleius* primū
Varuicensis comes, deindè Northum-
briæ dux arripiens, ex aliorum Opti-
matum consensu, edictis publicis ac-
cusauit Protectorem ob rempublicā
Protector malè gestam. Protector vñà cū Rege
supplata-
ius. hung. ad arcē Vindisoriā præsidij causa cō-
Nota 2. fugit. Sed cùm videret paucos ad se,
dudleiu. pake. omnes verò Principes ad Varuicēlem
Vincenti transire, vltrò se dedidit, & in custo-
diam

diam traditus est pridiè idus Octo-
bris, ex qua tamen posteà octauo idus
Februarij eductus fuit, pace inter ip-
sum & comitem Varuicensem conci-
liata, quę diu non durauit, licet sep-
timo calendas Maias Bolonię oppidū,
vndē species inimicitarum orta erat,
tām Protectoris, quām comitis Var-
uicensis consensu, Gallis redditum es-
set. Ut autem *Dudleius* Dicem So-
merseti certius in potestatē suam re-
digeret, principibus quibusdam viris
quos Catholicos esse intellexit, spem
certam fecisse dicitur, si fidelem ei
operam in deturbando Protectore
nauarent, illo semel de gradu summi
honoris deiecto, se curaturum, vt hę-
res abdicata, fides Catholica in inte-
grum restitueretur. Nec erat cur
Dudleij verbo diffidendum putarent.
Nam & tanta illum potentia esse co-
gnouerant, vt posset hoc præstare: &
præ

Anno Do.

1548.

Anno Do.

1549.

DE SCHISMATE

præterea sciebant cum ab hæresi quidem omni abhorrere, & vel nulli admodum, vel soli catholicæ fidei additum esse. Itaque interposuerunt omnem suam autoritatem, ut Protectorem in ordinem atque adeò in carcerem redigerent. Sed cum Varuicensem datæ fidei postea commonefacerent, istoruo vultu respondit, si vitam diligenterent de catholica fide restituenda nullum amplius verbum facerent.

Dudleius
fædifra-
gus. fæd.
robore
læstrem

Nic fuit
pater isti?
comitis
Lecestren-
sis qui ho-
diè tantas
mouet in
mundo
turbas.
Thomas
Arundel-
lus.

Hoc tamen graue nonnullis eorum videbatur, ut Varuicensem non pro fædifrago tantum, sed etiam pro tyranno haberent. Atque adeò Protectori potius, qui tamen clementioris ingenij esset, adhærendum sibi iudicabat. Itaque cum Thomas Arundellus eques auratus, vir potens & Catholicus ad Protectorem iam è carcere dimissum personatus se contulisset, Dudleius reexpiscatus Arundellum non ita multò post

post vita priuandum curauit, qui
mortuus est in pace Catholica.

*Ioanna
Bucheræ,
Anabapti
ſta combu
ſta.*

Quarto autem idus Maias *Ioanna Butcheræ* mulier quædam ex Cantio extitit, quæ preter Caluinianam hæresim quam secuta est, negauit vñā cum *Valentino*, Christū ex *Maria* virgine carnem sumpsisse, quem dicebat per illam non nisi velut per canalem transisse. At cum videret doctrinam suam Caluinistis nō probari, addebat: Olim quoque creditum ab illis fuisse, quod Christi caro in Eucharistia sub specie panis & vini contineretur, & *Annam Asciam* quæ id negabat, pro heretica nuper habitam, & flammis publicè traditam fuisse, nec se dubitare, quin ut nunc Caluinistæ ipsi credunt quod *Anna* tunc docuit, sic breui etiam credituri sint, quod ipsa iam doceret. Combusta verò est in campo fabrūm Londini.

Supe

DE SCHISMATE

*Monacho-
rum et sa-
cerdotum
coningia*

Superintendentes interim & presbyteritam Lutherani quam Caluini stat, licet quidam eorum monachi essent, alij autem catholico ritu consecrati fuissent, atque idcirco votum constitatis ipsa vi ordinis suscepti, secundum Occidentalis ecclesiæ antiquissimam & notissimam consuetudinem emisissent: tamē abieicto pudore omni, vxores passim ducere cœperunt. Sed cum viderent filios suos non legitimos, verum nothos & adulterinos haberi, ad prophanā ciuilium comitorum potestatem confugerunt, ab illis petentes, ut filios ipsorum legitimos facerent. Comitia decreuerunt, ut nulla humana lex obstaret, quo minus Presbyterorum filij posthac haberentur legitimi: nam de diuina non erant adeò solliciti, cum in ea si quid contrarium instituto videtur, posset aliqua bella interpretatione illudi.

*Anno D. O.
1550.*

Cum

Cùm autem Protestantes viderent minorem esse ministrorum & Superintendentium suorum vel doctrinam vel autoritatem, quàm ut catholicis doctoribus pares haberi possent, hinc *Bucerum*, natione Germanum, professione ordinis S. Dominici monachū, ^{Martinus} *Bucerus.* indè *Petrum Martyrem*, natione Florentinum, educatione Canonicum ^{Petrus} *Martyr.* S. *Augustini*, habitatione Argentoratensem (nam illuc ex Italia fugerat) proposito ampliore stipendio, in Angliam euocarunt. *Bucerum*, Cantabrigiæ, *Petrum Martyrem*, Oxonij, cathedralē Theologicę prefecerunt. Vterque cùm in Angliam primum venisset, Lutheranus habebatur. Atque in ea opinione *Bucerus* perpetuò man-
sit. *Petrum Martyrem* vero idem quoque ab initio sensisse, sua ipsius oratio planum fecit. De Eucharistiæ enim disputans, dum illi Zuinglianoru-
gu

Q

DE SCHISMATE

gumento responderet, quo dicunt,
Christus re ipsa est in cælo, & ideo nō
re ipsa in sacramento, dixit nodum

Petrus esse diaboli. Verūm postea videns eos

Martyr sit qui summæ rerū in Anglia præerant,

caluinista. Caluinistas esse, ad *Caluinum* transiit.

Vt cunque illud fuerit, cūm Oxonij
prælegeret, ac sæpiissimè ad reddendā
sua doctrinæ rationem ab alijs etiam
multis, potissimum verò a *Ricardo Smi-*
thæo Theologiæ Doctore, qui eandē
Cathedram prius tenuerat, prouoca-
retur, nunquam in disputationem def-
endere ausus est, donec & *Ricardum*
Coxum ex aula regia hæreticum ho-
minem totius disputationis modera-
torem nactus esset, & *Ricardum Smi-*
thæum virum doctissimum atque acer-
rimum disputatorem ab Oxonio re-
legatum vidisset. Quibus ita compa-
ratis: de Eucharistia instituitur dispu-
tatio, hinc Petro Martyre *Caluini* hæ-
re

disputa-
rio.

resim sustinente, indè *Tressamo & Chedseo* doctoribus Catholicis eandem oppugnantibus.

In qua disputatione cùm triduo ver-
sati essent, *Coxus* qui disputationibus
præerat, videns *Petrum Martyrem*
multò grauius premi, quām sperau-
rat, & exsibilationibus manuūm-
que ac pedum strepitu è cathedra pe-
nè explosum, cùm & ipse *Caluini-*
sta esset, se *Londinum* auocari dixit,
nec iam posse diutius huic exercitio
vacare. *Petrum*, verò *Martyrem* tan-
quām victorem mitis laudibus extu-
lit, ceteros, vt pacem colerent, admo-
nuit, disputationē soluit. Postea *Petrus*
Martyr disputationem suam sed ma-
la fide, vt solent heretici, ædidiit. Certè
Oxoniensis Academiæ iudicio bis vi-
ctus fuit, primū quia recusauit cùm
doctissimo viro *Doctore Smithæo* dif-
putationem inire, deindè, quia eorum

1. 3. 4. publicū
magistrus scyptor
disputationes

*excusatio
heretici
iam vici.*

Q ij qui

DE SCHISMATE

quibuscum disputauit, argumentis nō
potuit satis facere: similis fuit eius dis-
putationis, quam Theologi Canta-
brigienses cum *Bucero* habuerunt, exi-
tus.

Disputa-
tiones.

Nec tantum in istis Academijs, ve-
rū & alijs multis in locis institue-
bantur quēdam publicæ de Euchari-
stiæ tām sacrificio quām sacramento
disputationes: maximè inter *Hoperum*
Superintendentem *Glocestrensem*,
& excellentem Theologiæ Doctore,
dominū Fecnamum: atque etiam inter
Harleium superintendentem Herefor-
ensem, & catholicum presbyterum
Henricum Ioliffum, quæ disputatio cu-
ad *Stephani Vintoniensis* manus per-
uenisset, is in carcere constitutus,
Harlei friuolas obiectiones soli-
dè statim refellit. Collegerat etiam
Petrus Martyr non paucas contra
Eucharistiam calumnias: & in vnum

up

(1)

cas

eas libellum redegerat: quas omnes
Stephanus paucis diebus ita confuta-
 tavit, ut ea confutatio in lucem postea
 sub *Marci Constantij* nomine exierit,
 ne verus auctor eo tempore proditus,
 in multò grauiorem carceris aerumnā
 coniectus fuisset. Eodem etiam perti-
 net Doctoris *Lægdalli* doctus libellus,
 quo *Ridlei* contra Eucharistiam cauili-
 lationes dissoluit. Quid dicam de gra-
 uissimorum presbyterorum *Crispini*
 & *Mormanni* tām cōcōnibus, quām
 scriptis, imō etiam vinculis? de *Henri*^{confessō}
Coli tūm eximijs concionibus, tūm
 diutino carcere ob fidem Cath^{cam} pa-
 tientissimē tolerato? De *Thomae Vat-*
soni antequām Episcopus Lincolnie-
 sis fieret, & collegæ ipsius Doctoris
Setoni constantia, & perpessionibus?
 Tempus me deficeret, si omnes enu-
 merarem, qui ob catholicam fidem
 illis diebus ex ecclesijs aut collegijs

Q iij suis

DE SCHISMATE

suis electi, grauiora etiam carcerum
ac vinculorum tormenta subiuerint.
In exiliū abierat *Ioannes Storæus* utrius-
que iuris Doctor, quod in comitijs
publicis de fide tractans, tandem au-
sus esset cum *Salomone* dicere, *Væ tibi*
Eccles. 10. *terra, cuius Rex puer est.*

Erat in Anglia Italus quidam faci-
lè omnium mercatorum princeps,
non solum ob magnitudinē opum,
sed multò magis ob fidei & integrita-
Antonius *Bonifacius*. Is
Bonifacius. Thomam Morum semper & colens &
admirans, cùm fidei Catholicæ reli-
quias in Anglia extingui videret, in
Louaniensem Academiam domici-
lium transtulit, non sanè ut ibi merca-
turæ terrenæ, sed cælesti vacaret. Erat
enim is proximus fidei portus, quo
Angli ob fidem electi se recipere po-
terant. Collegit ergo ad se, & souit
eos qui ob fidem exulabant, in pri-

mis doctorem artis medicæ *Ioannem Clementem* vnâ cū vxore: *Ioannem Sto- ræum*, & præcipuum totius Angliæ lu-<sup>Exulan-
tes ob fi-</sup>
mén Nicolaum Harpsildum, qui postea ^{dem.}
regnante *Elizabetha* diuturnos carce-
res perpeſſus est. Itemque *Ioannem Boxollum* excellētis doctrinæ ac probi-
tatis virum: denique *Gulielmum Ra- ſtellum* iurisconsultum vnâ cum uxo-
re sua, quę *Louanij* tunc è vita migra-
uit.

Romæ autem floruit *Reginaldus Polus* Cardinalis, Anglię spes, Eccle-^{polus.}
się Romanę decus, orbis Christiani
lumen. Is cùm ad *Henricum* regē qua-
tuor doctissimos libros pro vnionis
ecclesiasticę defēſione scripsisset, nec
fructum ex ea re speratum consecutus
eſſet, quintum librum addidit, quem
& ad *Edouardum* Anglię regem in-
ſcripsit, nihil eorum pretermittens,
quę ad salutem Anglię procurandam

Q iiii pu

DE SCHISMATE

1551

putabat pertinere. Imò cū post *Pauli tertij mortē*, qui eū creauerat Cardinale, tantū non duas votorū partes ad sacerdotalis honoris summū gradū ascē dendū suffragātes sibi cognouisset, ac sine controuersia si cupidum se illius dignitatis declarasset, statim Pontifex creat' esset, nō ob aliud magis eo fastigio caruit, quām vt simul nō expetit sūmę p̄fectorę abūdātius meritū al- sequeretur, simul ad vnitatē Catholi-

Exules ob fidem. cam, patrię dulcissimę, ore ac manib⁹ uis apportandam conseruaretur.

Vixit etiā Romę *Ricardus Patæns Virgorniensis Episcopus*, *Thomas Goldwellus*, qui nunc est *Assaphēsis Episcopus*, *Mauricius Clenocus*, postea quoque electus *Bangoriensis Episcopus*.

Miracu- lum. Sub fine autē quarti anni quo regnauit *Edouardus*, ad decimū sextū calendas Ianuarias Tamesis fluuius intra nouē horas ter fluxit & refluxit prēter om

omnē consuetudinem, idq; miraculo ¹⁵⁵⁶
datū, & ad iniustā Stephani Vintonien-
sis Episcopi vexationē relatū est, maxi-
mè, quòd, in eo ipso tēporis pūcto illa
insolita c̄stuatio euenit, quo *Gardine-* <sup>An. 5.
Edouar-</sup>
rus de fide causā dicturus in flumine ^{di.}
vehebatur. Quod quāquam ita esset,
tamē post vnu atq; alterum mensem
Gardinerus ob catholicę fidei causam,
vbiq; acerrimè propugnatā, Episcopa-
tu priuatus est, Caluinista quodā cui
nomen *Poyneto*, ex Roffesi Ecclesia in
eius locum translato. His ita consti-
tutis, anno quinto *Edouardi*, septimo ^{pecunie}
idus Iulij, quarta pars argenteę pecu- ^{preium}
niæ per vniuersum Angliae regnum,
& quadragesimo postea die, alia quar-
ta pars omnibus & singulis adempta
est, propterea quòd quilibet argenteus
as ad semissem, quilibet solidus & de-
narius, ad medium prioris pretij a sti-
mationem publico edicto redigeba-
tur

DE SCHISMATE

tur. Quapropter qui centum minas
hodiè in pecunia numerata habebat,
intra dies quadraginta, ex illis centū,
perdidit minas quinquaginta, etiam si
neque naufragium fecisset, neque ab
hostibus aut latronibus spoliatus, ne-
que ab alio quopiam deceptus esset.
Tale tributum à seculo non est indi-
ctum, ut quilibet absque vlla excep-
tione dimidiam partem totius argen-
ti sui numerati persoluere cogeretur.
Et vulgus quidem non putauit se plus
parte dimidia persoluere, cùm interim
re vera totum usque ad minimum te-
runcium atque adeò plus toto persol-
ueret. Quod ut accuratè intelligatur,
tota mente repetere oportet, quod
Henricus octauus post inchoatum iam
schisma, pecuniam argenteam probæ
monetæ in scoriā primus vertit. Porro
qui schisma *Henrici* auxerunt, etiam
de bonitate monetæ quotidiè aliquid
de

detraxerunt, donec assē ferē ad sextantem, hoc est, ad vncias duas redigissent. Ecce autem cūm vilior & magis adulterina pecunia nullo modo eudi posset, cūm quod pro assē populo exoluissent, iterum ad aestimatiōnem assis à populo recipi quacunque ex causa oportuisset, subitō iubent quod pro assē exoluerant, pro semisse reddi. Addo etiam quod certa pecuniae genera ad assē à Rege expensa, pro quadrante atque adeò sextante iterum recepta sunt. Nunc qui hæc omnia genera fraudum contulerit, facile deprehēdet, vniuersis Anglię ciuibus vniuersam ipsorum pecuniam argenteam intra paucos annos non semel ablatam fuisse, & ereptam. Accedit eodem, quod concussions etiam nō ferendę passim à potentioribus committebantur, dum illi soli prouidentes pecunię decrementum & diminutio-

nem

*Furtum
caluini-
starum.*

DE SCHISMATE

nem futuram, (ut potè cuius rei authores ipsi forent) prius & æs alienum creditoribus soluerent, & ministris stipendia numerarent, & prædia coëmrent, ea pecunia hodiè numerata, quā postridiè minus quarta parte valutram præsciebant. Hæc omnia mala Deus ex infinita clementia sua permisit, vt populus hac saltem ratione intelligeret, quām iniqui dispensatores gratiæ Dei & donorum cœlestium essent, qui nec urbana quidem negotia sincere administrarent. Veritas enim

Lucus 16. ait, *Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est.* Si ergo in iniquo māmona fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Itaque veritas Euāgelij hēc est, eos qui populum in ijs quæ seculi fuerunt, tām iniquè fraudarunt, nullo modo potuisse veros & fideles mysteriorum Dei censores existere. Et tamen ijdem illi erant qui sa-

cris

cris omnibus præerant, mirandum ut non sit, si hæresim pro fide Catholica populo ministrarunt.

Eodem anno sudatorius quidam morbus Angliam peruersit, qui in vna vrbe Londinensi intra dies septem octingentos homines vita priuauit, multis hominum millibus per vniuersas regiones suffocatis. Vintoniensis autem collegij secundus scholæ præfectus cognomento *Furdus*, cùm totius ludi adolescentem primarium nomine *Ioliffum* hæresi Caluiniana infec-
tus, atque is adolescens reliquam puerorum & adolescentium turbam in suam opinionem ex magna parte traxisset: Deus eundem *Ioliffum* & alios aliquot partim cognatione, partim familiaritate *Ioliffo* coiunctissimos, primùm sudore hoc pestifero, deinde per *Ioannis Viti* sanctissimi viri prædicationem, pœnitentia salutari, mox autem

DE SCHISMATE

autem et morte afficiens: alios omnes
qui penè ducenti erant, partim ad Ca-
tholicam fidem conuertit, partim in
eadem ita confirmauit, ut ipsi etiam
postea, Diuini huius operis tota ratio-
ne exposita & declarata, multos alios
ab heresi Caluiniana ad unitatem Ec-
clesiæ Catholicæ reuocarint.

*Poyneti
Caluiniste
adulterium.*

Poynetus autem qui locum Episco-
pi Vintoniensis occupabat, parùm
putans vxorem ducere, cùm tamen
haberi vellet Episcopus, etiam lanio-
nis cuiusdam adhuc viuentis vxorem
abstulit, eaqué illi publicis regni legi-
bus euicta & marito restituta est. Ita-
que cùm postea quidam ex Optimati-
bus ad *Stephanum* partim ioco par-
tim ironicè dixisset, Fortassis tu spe-
ras Episcopatum tuum tibi aliquando
restitutum iri, Cur (inquit *Gardine-*
nus) minus expectem meum Epis-
copatum, quàm lanio suam recepit

vxorem? Idem enim homo fuit, qui
& Gardineri Episcopatum & Ianionis
coniugem inuaserat.

Fuit & alter pseudopropheta, Hop-^{Hopperus}
perus, qui ob hypocrism non minus ^{Calumni-}
quām hæresim malè audiens, cùm ad-
huc priuatus Catholicos Episcopos
tradicteret, quòd nimium lautè age-
rent, nimisque magnis opibus abun-
darent, idem factus Superintendens
(ita enim caluinistæ eos latine vocat,
quos nostri maiores Græca voce Epif-
copos nominarunt) duos simul usur-
pauit Episcopatus, Glocestrensem &
Vigornensem.

Milo etiam Conerdalus diu in Ger-^{Anno Dō.}
mania versatus, tām corporis ex im-
modico vini vslu, quām spiritus ebrie-
tatem ex nimio hæresum amore in
Angliam retulit. Is audiens Acade-
miam Oxoniensem Catholicæ fidei
vehementer addictam esse, nec liben-
ter

DE SCHISMATE

ter ad hæresim deficere: magna sibi de
seipso pollicens, & plurimorum sedu-
concordali ctionem animo concipiens, Oxoniū
caluini- venit, in suggestum consendit, ma-
Æ insana gna sit expectatio: de causa omnium
contio. maxima, hoc est, de Sacramento Eu-
charistie ait se dicturum. Itaque ante
omnia præfatus est meritò sibi fidem
in hac potissimum controuersia adhi-
bendam esse, propterea quòd cùm vi-
disset Catholicos transubstantiatio-
nem credere, Lutheranos veri corpo-
ris Christi impanationē docere, Zuin-
grium verò eiusdem corporis typum
& figuram, at Caluinum efficaciā pre-
terea & energiam ponere: ipse *Conver-*
dalus neglecta omni autoritate hu-
mana, omnique animi perturbatione
deposita, nulli omnino parti addictus,
veritatem, non ex humana traditione,
sed ex solis scripturis Diuinis, per to-
tos quatuordecim annos serio inda-
gasset

gasset. Hæc ille magno conatu cùm
diceret, sibi sapere, alijs delirare, do-
ctioribus verò etiam insanire videba- ^{I. cor. 2.}
tur. Cùm enim animalis homo non percipiat ^{Heb. 11.}
ea quæ sunt Spiritus Dei, sed vnica Iesu
Christi fides argumentum sit rerum ^{Rom. 10.}
non apparentium, fides verò sit ex au-
ditu, auditus per verbum Christi, non
lectum duntaxat, sed palam prædi-
catum quod in omnem terram exiuit:
Profectò qui fatetur se de mysterio
celeberrimo, quod in quotidiano fi-
delium vsu, in oculis, in manibus, in
ore omium versetur: fidem Catholicā
in domo Dei prædicatam & recep-
tam abieciisse, ac per annos quatuor-
decim, certa fide in eo mysterio ca-
ruisse, ac propterea infidelem & in-
credulum tanto spacio perseuerasse:
nonne insano similis est, si ob hoc ip-
sum quod infidelis fuit, fidem suo ver-
bo haberi postulat? ^{Paulus} quidem

R ait

DE SCHISMATE

2. Tim. 3. ait scripturas posse instruere hominē
ad salutem, sed quomodo? per fidem
(inquit) quæ est in Christo . Nam
10an. 5. alioqui etiam Iudæi putabant se in
scripturis vitam habere . Sed quia fide
Christi carebant , mensa eorum qua
de scripturis pasci videbantur , facta
est illis in laqueum . Imò hæc verissi
ma causa est , cur nullus hereticus pos
sit sacras scripturas intelligere . Dum
enim querit in scripturis quid credat ,
neque fidem habet , quam querit , ne
que sine fide scripturas intelligit . Ita
fit , ut seipsum & eos qui illum audiūt ,
subuertat .

Itaque cùm Catholici Doctores
& pastores hęc dicerent , atque alios
admonerent : Academia Oxonienis
in fide Catholica tantum profecit , vt
iām non decessent etiā qui Regis Edo
wardi ecclesiasticum Primum verbo
& scripto palam oppugnarent . Quo
modo

modò enim posse puerum paruulum,^{Gal. 4.}
 qui nihil differt à seruo, qui sensibus
 & iudicio paruulus sit, qui tutore in
 ciuibus negocijs indigeat, Angli-^{I. Cor. 14.}
 canæ ecclesiæ Summum caput & gu-
 bernatorem existere? Christum com-
 misse Ecclesiam pascendam & regē.^{Math. 18.}
 dam non pueris, sed viris, nec qui-^{Co 28.}
 buslibet viris, sed ijs qui rectè noscent
 exhortari in doctrina sana, & eos qui
 contra dicunt arguere. Ex his qui
 hæc sentirent, fuerunt in primis duo,^{qui in huc}
 vnus penè omnium literarum rudis
Gilbertus Leuerus, qui maluit in carce-^{vsque di-}
 rem duci, quām in pueri Primatum ^{em multa}
 iurare, alter ætate iuuenis, sed con-^{patitur p}
 stantia senex, *Ricardus Britannus* non
 tantùm dixit solùm Pontificem Ro-
 manum, vtpotè *D. Petri* successorem
 totius ecclesiæ caput summum & in
 eo gradu solum Christi Vicarium es-
 se: verùm etiam fidem suam scriptu-

R ij rarum

DE SCHISMATE

1551.

rarum & antiquorum Patrum testi-
monijs roborata iudici exhibuit. Et
ille quidem propter Christū vinc̄tus
asseruabatur.

Edwardus autem Seymerus Prote-
Anno Do.
1551. *&tor & Caluinistarū antesignanus, qui*
fratrem suum prius neci dederat, iam
iterum vnā cum vxore in custodiam
traditur, ob cēdē Ioannis Dudleyj olim
comitis Varuicensis tunc Ducis Nor-
thumbrię tentatam, non item factā.
Tradunt enim Somerseti Ducem qui
probē sciret, iamque ante in custodiā
coniectus re ipsa senserat, Varuicēsem
Comitem summis ipsum odijs profe-
qui, de aliorum consilio in eam sen-
tentiam adductū, vt Varuicensem oc-
cidendum statueret, eoque animo ad
Varuicensis domum, sub specie illum
visitandi accessisse, cumque hostem
in lecto deprehendisset, ac propter
amicitiae reconciliandę nomen, intro-
ductus

ductus in cubiculum eius esset, occultaque thorace muniretur, quin & amicos clam armatos, qui euni comitabantur, in vicino cubiculo haberet: tamen cum ad rem ventum erat, nudum & in lecto decubentem ferire ausum non esse, verum re infecta dis-^{protector} cedentem, ab aliquo ex suis proditu^{securi per}, postea neci datum esse, quod lege ^{cuffus, v. d. u} lata constitutum fuisset, qui solum ^{l. i. regn. d. d} cōsilium, aliquem ex regio senatu occidendi cepisse deprchenderetur, etiā si nihil amplius tentasset, homicidij pœnas luiturum.

Postquam Seymerum Protectorum qui regem ipsum gubernabat, etiam inuito (vt aiebant) Rege Duleius è medio sustulisset: facile inter omnes constitit, Seymerum qui tam pusilli animi existeret, nunquam suo ingenio aut industria summum illum honoris locum fuisse consecutum,

R iiij sed

DE SCHISMA TE

Dudleij
astutia &
ambitio. sed potius à Dudleio astutè euectum
esse, qui abiectum hominis spiritum
opibus potius cumulandis, quām ho-
nori stabiliēdo addictum videns, co-
gitabat se illius nomine ad omnia sua
consilia conficienda facilè abusurum,
& postea ipsum pro libito suo con-
culturum. Expediebat enim Dudle-
io, qui mortis Henrici tempore, non
maximæ authoritatis erat, tūm ut ex
alterius maiore autoritate illos è me-
dio tolleret, qui eius institutum im-
pedituri videbantur, tūm ut eum ip-
sum per quem cæteros perdidisset, nō
difficulter deturbare posset. Itaque
cùm Edouardum Seymerum regis auun-
culum suo instituto aptissimum vidis-
set, primùm omni quo potuit modo
illum euexit. Deinde eius opera Tho-
mam Seymerum ipsius fratrem magni
animi virum deiecit, tūm verò Duce
Suffolcia, qui maximi nominis post

Pro

her de gante
robert hensius
fratribus

Protectorem erat , sibi conciliato,
 Protectorem ipsum deturbauit. De-
 mūm quasi parum esset de mediocri
 genere ac domo ad nobilissimum
 Ducis nomen atque honorem aspi-
 rasse , voluit etiam regium solium in-
 uadere. Etenim cū animaduerteret
Edouardum regem ex tabe laborare,
duas verò Henrici filias Mariam ex Ca-
tharina , Elizabetham ex Anna Bolena
superesse perspiceret, post illas verò
ius regni ad Franciscā Suffolciæ Ducis-
sa deriuari posse consideret, (nam alte-
rius Mariæ Scotorum reginæ paruā
habebat rationem) Edouardo p̄mūm
persuasit, vt Mariam & Elizabetham
exhæredaret, partim velut ex illegiti-
mo matrimonio natas (quòd tamen
de vtraque nullo modo cogitari po-
terat) partim velut nupturas alicui ex-
traneo & peregrino , cui regnum An-
gliaæ subijci nollet , postremò etiam,

Anno Do.
 1552.

Dux Northumbriæ
Father of

Frances duxissa
Suffolne

DE SCHISMATE

ne dogma caluinisticum, quod sub
ipsius infantia pullulasset, *Mariæ*
Jana pugnans
+ magistrorum opera extirparetur. Institueret verò
heredem vnam ex filiabus Ducissæ
Suffolciensis, *Ianam* nomine. His ita
constitutis, filium suum Gilfordū Dud-
leium eidem *Ianæ* in mense Maio des-
Gilfordy fratre
roberto tunc
obit 1553 pondet, hac ratione sperans se ad gu-
bernacula regni per nomen ac specié
filij sui peruenturum.

In Iulio obitum
Nota Dei
iusitiam. Ac Rex quidem *Edouardus* pridiè
nonas Iulij ex hac vita migrauit, eo ip-
so mensis die, quo pater eius *Thomam*
Morum integritatis & iustitiæ caput,
capite ferendum ante aliquot an-
nos curauerat: ut omnes qui recte ra-
tiones rerum inirent, facile perspice-
rent *Henricum* tanti viri cædem mor-
te primogeniti sui luisse, nec tamen
expiasse, quia pœnitentiam de pecca-
to suo secundum Deum non egit.

Q V AR-

VARTO die post Edouar- ^{De regno}
 di mortem , hoc est , sexto ^{Mariae &}
 idus Iulij , Iana Franciscæ Suf- ^{quomodo}
 folciensis Ducissæ filia , Mariæ verò , ^{restituerit}
 quæ Henrici octaui soror fuerat , neptis , ^{religionē}
 palam publicèque velut ex Edouardi ^{catholicā}
 nes suas .
 regis testamento , regina promulga-
 tur , populo interim vniuerso , non ut
 moris est applaudente , sed potius ta-
 citè apud se gemente , & hoc scelus ex-
 ecrante . Iana verò cum marito suo Gil-
 fredo Dudleio in arcem Londinensem ,
 velut Regij throni occupandi causa
 nauigat , vbi etiam Optimates pleri-
 que , Duciis Northumbriæ vel metu vel
 dolo congregati , aderant . Is enim ef-
 fecerat , vt penè omnes viri principes
 per vniuersum Angliæ regnū suo vo-
 to assentirentur & subscriberent . Cū
 autē illustris vir Franciscus Englefeld cō- ^{Franciscus}
 tra dominā suam Mariam , de cuius fa- ^{Engle-}
 milia erat , recusaret subscribere , publi- ^{feld.}
 cæ

DE SCHISMATE

cx custodiæ traditus est, nec mortis
periculum euasisset, si Dux Northum-
Maria. briae victor fuisset reuersus. *Maria* in-
terim Henrici & Catharinæ filia, cui
regnum hæreditario iure obuenerat,
cùm in Suffolciam fugisset ad arcem
Framingensem: statim populus vndi-
que ad eam confluxit incredibili stu-
dio & alacritate. *Dudleius Northubriæ*
Dux delecto milite, in *Mariam* du-
cit. Sed cùm Senatores intelligerent
per vniuersum Angliæ regnum non
plebem modò, sed multos etiam ex
Primatibus *Mariæ* causam tueri, mili-
tes autem à *Dudleio* passim dilabi, no-
no die postquam *Iana* regnum occu-
pauerat, eandem illo priuant, *Maria*
in suum locum restituta. Postridie
Dux Northubriæ iam à suis desertus, se-
ipsū *Cantabrigiæ* dedidit, ac vigesimo
& secundo die mēsis Augusti proxi-
mè sequentis, securi percussus est, cū
prius

pater ead.
1553. or. 13.
et pny. 13.2
fuscty

Dudleii
mors &
pœnitен-
tia.

prius hæresi omni renunciasset, fidē-
que Catholicam sincerè ex consilio
Nicolai Hethi tunc Vigorniensis, po-
steà verò Eboracensis Episcopi, fuisset
amplexatus, quā semper pro ingenij
sui acumine & iudicij profunditate
vidit & intellexit vnicam & veram es-
se fidem, nisi quòd ambitione excæ-
catus, cùm videret per fidei Catholicæ
professionem, prorsus nullam, per
simulationem verò hæresis, saltem ali-
quam spem regni obtinendi offerri:
maluit ad regnum per hæresim aspira-
re, quā in Catholicæ fide cuiquam
subesse. Quando autem Deus post vi-
ginti ferè annorum schisma, tam ad-
mirabilem victoriā *Mariæ* Catholicæ
Principi, contra vniuersos penè
totius regni Optimates, sine vlla san-
guinis effusione concessit, satis ma-
nifesto miraculo Catholicæ fidei ve-
ritatem toti mundo commendauit.

Ma

DE SCHISMATE

Maria igitur Catharinæ filia in urbem & arcem Londinensem triumphatis more ingressa, mox Episcopos, Edmundum Londinensem, Stephanum Vintonensem, Cuthbertum Dunelmensem, aliisque omnes Catholicos, qui ob fidem vinclis afferuabantur, itemque Thomam Norfolciae Ducem, & Gulielmum Deuonie Comitem, & libertati & honori pristino restituit: prophani primatus ecclesiastici titulum respuit: Apostolicæ sedi quâ patris fratrisque sui tempore etiam cù periculo vitæ constanter semper coluit, antiquum ius & honorem reddi voluit: Cardinalem Polum reuocauit: Philippo imperatoris Caroli quinti filio, cùm ob alias grauissimas causas, tûm maximè vt potentissimi optimique Principis adiumento regnum ad fidem & obedientiam Ecclesiæ restitueret, nupsit: Viatum, vt eas nuptias

Maria ge
pa.

tias regnique ab haeresi reconciliatiō-
nem impediret, turbas in Cantio cien-
tem, sua potius insigni fide, quam vl-
la militum manu deuicit: *Suffolciæ Du-*
suffolciæ Du-
cem qui bellum renouabat, cepit, &
securi percussit: suppetias marito S.

Quintinum oppugnanti, misit Caletū
leg. Joām foēn
ob eam causam suorū vel incuria vel
de crudelitate
proditione perdidit: Cranmerum Can-
tuariensem Archiepiscopum, qui sen-
tentiam diuortij in matrem eius
Ca-
tharinam iniquissimè tulerat, priùs læ-
sæ maiestatis, tūm in publicis regni
comitijs, tūm sua propria cōfessione
conuictum, deindè spe vitæ Catholi-
cum se fингentem, ac septies & decies
chirographo suo palinodiam se cane-
re attestantem, demūm in illa hypo-
crisi deprehensum, ab Episcopis de
gradu omni ecclesiastico deiectum,
& brachio seculari traditum, com-
buri Oxonij iussit.

In

DE SCHISMATE

In religione autem Catholica per omnes ditiones suas restituenda quanta sit vfa pietate , prudentia , constanza , quia ad sanctissimæ fœminæ immortales laudes , & gentis peccatricis ac infœlicis tam facile postea ad vomitum redeuntis pudorem & castigationem pertinet , silendum non censeo .

Et facile quidem ab initio impias contra Catholicam fidem Edouardi fratrii sui nomine latas leges ordinu consensu abrogauit , exercitium religionis hæreticæ prorsus sustulit , magistros sectarum abegit , antiquum orandi & sacrificandi morem per totam Angliam & Hiberniam reliquaque sibi subiecta loca restituit , nam hec omnia in primis comitijs mox effecit . Sed quia ad illam immanem à Sedis Apostolice & orbis terrarum communione per Henricum patrem inue

inuestigatam separationem resarcientiam, 1553
ditionesque suas ad veterem discipli-
nam, obedientiam ac ecclesiæ subie-
ctionem in solidum reuocandas ma-
iore opus erat molimine & industria,
nec id rectè transfigi sine summi Pon-
tificis gratia & voluntate posse vide-
batur: illustrissimum *Reginaldum Po-*
lum Cardinalem multis nominibus
sibi charissimum, primo quoque té-
pore accersendum curauit, quem &
Iulius tertius Pontifex libenter dimisit
atque amplissimis mandatis instru-
ctum legatum de latere suo ad Reges
ac regnū vniuersum dedit. Iam enim
antea appulerat in Angliā *Philippus*,
nuptiæque peractæ erant, & utriusque
authoritate regni reconciliatio sum-
ma sedulitate agebatur. Ad diem igitur
duodecimum Novembris ordinum
conuentu indicto Londini, *Po-*
lus è Brabantia ubi aliquandiu substi-
terat

DE SCHISMATE

terat vocatur, & vigesimo tertio eius
dē mensis in urbem honorificentissi-
mè dēducitur, quintōque post die ve-
nit in consilium statuū, quod parla-
mentum ibi vocant, Regibúsque pre-
sentibus legationis suæ causam expo-
nit, hortaturq; ut ad ecclesiæ com-
munionem redeant, sanctissimōque
Pontifici Principis Apostolorum suc-
cessori, debitam autoritatem resti-
tuant, qui summam velit ipsis imper-
tire clementiam ac benignitatē: mo-
net etiam, ut Deo gratias agant, qui
talem ipsis Regem dederit atque Re-
ginam. In hanc sententiam locutus
digreditur.

Ibi Vintoniensis Episcopus Can-
cellarius, illius orationi repetita, mul-
tisque verbis ad ynionem & concor-
diam eos hortatus, permagnas Deo
gratias agendas esse dicit, qui pro sua
immensa misericordia Prophetam
eis

eis ex ipsorum semine suscitarit, am-
plissimum videlicet Cardinalem, qui
totus in ipsorum salutem incumbat. *Anglia se-
di Aposto-
licę recon-
ciliatur.*

Postridiē, cùm orationem & postula-
ta legati probassent ordines, concepta
fuit petitionis formula quā Regi sup-
plicant atque Reginæ ut ad illum in-
tercedant, eius hęc erat sententia: *Pœni-
tere se vehementer schismatis, quod obediē-
tiam sedi Apostolicæ denegarint, & quod
decretis factis aduersus illam assenserint: in
posterum vero futuros in ipsius atque re-
gine potestate, & facturos quicquid omni-
nō possint, ut eiusmodi leges omnes atque
decreta his comitijs abrogentur: maiorem
igitur in modum orare, ut interueniant,
& efficiant, ut censuris absoluti, in quas
iuxta leges ecclesiasticas per schisma inci-
derant, in Ecclesiae Christi gremiu rursus
tanquam filij pœnitentes recipientur, ut
deinceps in Romanæ sedis & Pontificum
obedientia seruire Deo possint, ad ipsius*

S no

DE SCHISMATE
nominis gloriam & suæ salutis incremen-
tum.

*12. v. p. 1. l. 33.
Hesynung p. 1.* Altera die, cùm iterum adesset Rex,
Regina, & Legatus, consurgit Cancel-
larius, & quid super Legati postu-
lato decreuerint ordines, clare pro-
nunciat: deindè supplicem petitio-
nem ordinum, scripto comprehen-
sam & obsignatam Regi tradit atque
Reginæ, petens, vt accipient. Hi, cùm
aperüissent, Cancellario reddunt, vt
pronuncietur. Tùm ille rogit ab uni-
uerso cœtu (qui totum regnum repre-
sentat) nùm ratam habeant? illis affir-
mantibus, Rex atque Regina consur-
gunt, eámque Legato tradunt. Is cùm
legisset, diploma vicissim suæ etiam
legationis illis exhibit: mox illud re-
citur, vt ipsos absoluendi potesta-
tem ei factam à Pontifice, omnes in-
telligerent. Post orationem habet, &
quàm sit grata Deo pœnitentia, quan-
tum

tumque de peccatore pœnitente gaudient Angeli, demonstrat: & multis in medium adductis exemplis, Deo gratias agit, qui mentem hanc emendationis cupidam ipsis inspiravit. Eo facto, consurgit: idem Rex & Regina faciunt, & in genua subsidunt. Ibi tum ille Dei numen atque misericordiam implorans, obtestatur, ut populum benignè respiciat, & culpam ignoscat: seque Legatum à Pontifice, Christi vicario dicens, ut illos absoluat, de more benedicit toti multitudini, simûlque eam absoluit. Ad facellum deinde ventum est: hic Deo sunt actæ gratiæ, symphonia cantorum, & festæ lœtitiæ fuit editum signum, ut fieri consuevit.

Secundo verò Decembris Rex & Legatus cum omnibus penè totius Angliæ proceribus veniunt ad templum S. Pauli, vbi Stephanus Vinton-

S ij nien

DE SCHISMATE

nensis Cancellarius regni, consenso
celeberrimo totius gentis suggestu,
qui est ad crucem S. Pauli, post sacrū
hortationem edicit populo illius ur-
bis, quanto studio omnes status, to-
tius regni nomine, se submiserint
Apostolicæ sedis obedientiæ, quan-
tāque vicissim pietate ab ill^{mo.} Lega-
to vice sanctissimi D. N. sint accepti,
& à prioribus peccatis & censuris ab-
soluti. Et ut pro tanta gratia, Deo,
summo Pape, & regibus pientissimis
gratias agant immortales, monet. Et
non ita multò post regnum & reipu-
blicę nomine missi sunt Romam Le-
gati, qui officium & obedientiam se-
di Apostolice pro toto regno spon-
derent & præstarent. Sed grauiora
erant Henrici scelera & sacrilegia, ma-
jorque iniquitas gentis huius, quam
ut diu hac salute frueretur, aut tam le-
uiter expiarentur. Nā ecce tibi lectissi-

ma Regina cùm quinquennio & qua-
 tuor mensibus regnasset hanc vitam <sup>marie
jefabre 1558</sup>
 eterna cōmutauit, in hoc primū in-
 fœlix, quòd cùm Henrici octauii fuisset <sup>Elizabethe reg
unjunxit</sup>
 filia, ob id ipsum nullam sobolem ex-
 se relinquere posset: Deus enim Hērici
 impietatem & schisma tām seuerè pu-
 nitum voluit, vt quamquām tres li-
 beros reliquerit superstites, *Edouardū,*
Mariam, & *Elizabetham*: nullus co-
 rum prolem suscipere atque educare
 posset. Secundò, multò etiam sua op-
 nione infœlicior quòd *Elizabetham*
 istam, non modo æmulā suam illicita
 & ter damnata copula prognatā, sed
 de fide quoque, quāniūcunque tūm
 dissimulauerit, sibi semper suspectā,
 & quam reipublicæ ac religioni pe-
 stem futuram summè semper metue-
 rat, successorem relinquere coacta fue-
 rit. Quomodo autem quove iure aut
 titulo isti regnum obueni. patois

Elizabeth

DE SCHISMATE

commemorandum est. Sæpe quidem
conata est *Maria* illam ab omni suc-
cessionis sorte , vel propter hæresim
vel propter crimen læsæ maiestatis
(multa enim contra sororem ut rem-
publicam commiserat) vel quod ma-
gis constabat propter impurissima
natalia, excludere. Nam ex *Clementis* 7.
sententia iuridica, prætensum *Henrici*
cum *Anna* matrimonium , & proles
ex illa concepta, expresso (ut supra cō-
memoratum est)definiuntur esse ille-
gitima. Idémque *Henricus* postea à
perturbatione factus liberior , in pu-
blicis regni comitijs decerni curáuit,
omnesque sibi subditos a iuramento
quod *Annæ* vel eius soboli prius præ-
stiterant absolui iussit, porro contesta-
tus in senatu suorum, *Annam* illam nec
fuisse sed nec esse potuisse vxorem
suam , propter certam causam quam
dixit se Cátuariensi episcopo secretò
infi

insinuasse.

Et licet anno 35. regni sui, impetrata potestate ab ordinibus nominandi successores suos, voluit etiam Elizabetham habere in ordine regnandi locum, quod & illorum comitiorum decreto approbari fecit, ex quo solo parlamentario edicto, & nullo nativitatis iure ista est postea adepta imperium, & ita in hunc diem tenet, tamen nec ab Henrico patre, nec a seipso, vlla statuum decreto natalia ipsius, aut matris cū patre coniunctio, fuerūt vñquam postea approbata aut facta legitima. Quin & ordines primo huius reginæ Mariæ, lege perpetua approbant coniugium Henrici cum Catharina, & prolem ex eo genitam omni diuino & humano iure legitimam esse declarant, omnia contraria acta, processus, sententias abrogantes, vt proindè alteræ cum Anna Catharina

S. iiiij ad

DE SCHISMATE

adhuc superstite veræ nuptiæ non fuerint, nec ex illis soboles legitima, aut Anglicani sceptri secundum leges municipales, quæ spurius non admittant, vel natura, vel vlla prærogatiua capax esse possit: quod nec ab ipsa Elizabetha relcissum est hactenus. Quæ licet ius regnandi vendicet, regnumque sibi deberi ab omnibus, in primis suis comitijs agnosci voluerit, tamen nusquam ius suum naturæ, sed parlamento prædicto ascribit: hoc præterea varijs postea decretis cauēs ne quispiam sub pœna capitis affirmet, non esse in potestate Principis & statuum positum, ut quem velint regem designent. De natalibus autem suis probandis aut reformandis nullus sermo, sed altissimum ubique silentium.

Sed ut vnde digressi sumus redeamus: *Maria* quæ probè cognouerat ex Henrici cū *Anne Bolena* plusquam adul

Elizabetha
syntia hñr
jñsñkhaber


adulterino coniugio prolem, prorsus
esse imperio indignam, nunquam illi
senatus consulto ex quo *Elizabetha* re-
gnandi ius & locum proximum pre-
tendebat, animo acquieuit: sed cum
id sola, sine suorum optimatum po-
puli que suffragijs abrogare non po-
tuerat, aduertisse etque eam fuisse mul-
torum iniquissimam ac perniciosissi-
mam opinionem, ut non tantum ille-
gitimum sed & hereticum regē, mo-
do ciuem ac domesticum, quam pe-
regrinum ac externum quantumvis
legitimū bonūque mallent (cuius
preposteri iudicij humani & Anglia
sepe & multe florentissime prouincię
grauissimas Deo pœnas dederunt)
quod in tali causa optimū factu restabat,
prudentissime fecit, ut instantे
mortis suę hora, certos Principes viros
ad *Elizabetham* allegaret qui tum alia
quædam, tum in primis hęc duo ab ea
pete

DE SCHISMATE

peterent : alterum vt mutuum quod
à subditis suis *Maria* sub fide regia
reddendum sumpserat, inque publi-
cam rem conuerterat, *Elizabetha* red-
dendum curaret : alterum , vt catho-
licam religionem in Anglia iam con-
stitutam & stabilitam subuerti aut
Elizabetha
catholicon labefactari ne permitteret. *Elizabetha*
(quę dum *Maria* regnabat, semper
se catholicam finxerat , ac ni verè ita
esset vt tellus ipsi dehisceret , coram
senatoribus aliquot aliquando opta-
uerat) solita hypocrisi sua , vtrumque
sanctissimè promisit, neutrum re uera
præstitit.

Mortua igitur sanctissima fœmi-
na *Maria*, quam deus in medio schis-
matis Anglicani, velut signum quod-
dam fidele , ad ingentem Catholico-
rum consolationem erexerat, ne alio-
qui animis suis defatigati, & vlt̄rā quā
ferre possent , hęresum onere depresso-
fuis-

fuisserit: quin & Cardinali *Polo*, post ^{mores poli} 1558
duodecim ferè horas, eodem ipso
die, ex hac vita migrante, mox hora
Satanæ & potestas tenebrarum An-
gliam vniuersam occupauit.



DE SCHISMATE RENOVATO PER ELI- ZABETHAM, EIVS- que ecclesiastico regimine,

SYNOPSIS.

*Appendix
josephinae*

PRIORIS historiæ author ^{sundevig}
in annos etiam Elizabethæ ali-
quot processerat, sed quia ip-
so iam defuncto, ab alijs instituitur
exactior de vita, moribus & regimi-
ne huius fœminæ commentarius, qui
suo

*liber de
vita Eliza
bethae*

DE SCHISMATE

suo tempore edetur: epitomen tan-
tum rerum ab ipsa contra Ecclesiam
gestarum ad tempus damus, ut ex istis
vnguibus Lex nam nostram plenius
postea describendam omnes agnosc-
cant.

I. Cor. I.

Cùm ergo Anglicani protestantes
Ecclesię gubernationem quam Chri-
stus Apostolis eorumque successori-
bus, & in primis cæterorum omnium
fammóque Presbytero ac Pontifici
Petro commiserat, ad laicos, pro sin-
gulis quibus præerant prouincijs, tráf-
ferri debere contulerent: Deus quò
istorum hæresim rebus ipsis confuta-
ret, fecit ut primum non ad alium laï-
cum ea gubernatio in Anglia perue-
niret, quām ad impiissimum tyran-
num & sacrilegum *Henricum*: Dein-
dè ut ab illo ad puerum *Edouardum*,
denique ut à puero ad fœminam *Eli-
zabetham*, deduceretur.

Hen

Henricus non quidem fuit, sed per sexum atque ætatem poterat fuisse Diuini verbi, quo potissimum Ecclesia regitur, rerumque ac legum sacramentum, minister. *Edouardus* nec fuit, nec adhuc per etatem poterat esse minister verbi, quamquam per se um Poteat. *Elizabetha* vero, ne per sexum quidem poterat verbum Dei, sine quo Ecclesia nullo pacto regitur, administrare. Itaque eores deducta est, ut Protestantes dicant illam obtinere summum in ecclesia gubernada gradum, quæ non modò nullum re vera obtinet (quod etiam ei cum Henrico & Edouardo commune est) sed nec potest quidem unquam obtinere, id quod soli *Elizabethæ* propriè conuenit: quod D. Chrysostomus hac insigne sententia notauit, cum ait: *Quando de Ecclesiæ præfectura agitur, uniuersa quicunque muliebris natura functionis istius moli*

ac

*Li. 2. de sa
cerdotio.*

DE SCHISMATE

ac magnitudini cedat oportet. Cùm
enim Ecclesia non minus ex viris quā
mulieribus consistat, Deus autem mu-
lierem tum ex viro, tum propter vi-
rum ab initio fecerit: vnde per natu-
ræ legem vir caput mulieris dicitur, si-
cut & Christus caput viri, & Deus ca-
put Christi: quemadmodum nullo
vnquam tempore euenire potest, vt
vel Christus Deum, vel vir quispiam
Christum regat: sic neque fieri ali-
quando poterit, vt mulier in ijs quæ
Dei & Christi sunt, aut virum, aut
Christi Ecclesiam in qua semper viri
sunt, ritè atque ordine gubernet.

Diabolus quidem sanctum Dic-
ordinem perturbatur, mulierem in
ijs quæ Dei erant violandis ducem vi-
ris constituit, sacrorumque magistrá-
ac præsidem ad totius humani gene-
ris pestem atque interitum fecit. Sed
filius Dei, iudex & instaurator om-
nium

I. Cor. 11.

Gene. 3.

nium à Patre constitutus, iterum iuf-
fit mulierē in potestate viri esse, quod
ius D. Paulus Apostolus tūm legem
vocat, tūm in rebus ecclesiasticis lo-
cum habere statuit, dicens, *Non per-*
mittitur mulieribus in ecclesijs loqui, sed
subditas esse, sicut & lex dicit. Si ergo lex
non Mosaïca, sed Diuina in Paradyso *Gen. 3.*
promulgata, iubet mulierem in eccl-
esi subditam esse: quomodo ecclesiā
in qua subdita esse debet, gubernare
potest? Quin etiam Apostolus in per-
petuum eiusdem subiectionis signū *1. cor. 11.*
præscribit secundum naturæ legem,
ne mulier oret aut prophetet nisi vela-
to capite: ut videlicet ceremoniæ ip-
sius ritu admoneatur, sexum mulie-
brem in rerum sacrarum administra-
tione nullam autoritatem interpo-
nere, sed velatam semper in ijs quæ
Dei sunt peragendis agere debere.
Alioqui (ait Apostolus) *Si non velatur*

DE SCHISMA TE

mulier, tondereatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decaluarti, velet caput suum, idque si non propter viros (qui ferent in ecclesijs adsum) saltem propter angelos, qui nunquam absunt, siue per Angelos intelligamus ministros Christi & dispensatores myste-

1. Cor. 14. riorum eius (vt D. Ambrosius admittat) seu beatos spiritus, qui semper ecclesias velut Dei castra ornant & cingunt.

Malac. 2. At Protestantes docent mulierem quae ex viro & propter virum facta, per solum diabolum viro in rebus Dei præponitur, per Christum vero iterum viro in iis quae Dei sunt subiectur, que propter Angelos potissimum velari iubetur: non solum alijs viris qui sunt in *Gen. 3.* ecclesia, sed etiam ipsis Angelis quorum labia scientiam Dei custodiunt, & ex quorum ore lex Dei requiritur, in ipsis rebus ecclesiasticis moderandis preponi

Malac. 2.

pon debere, idque non in gradu infimo, non in secundis tertiusve, sed planè in summo gradu proximè secundum Christum ipsum. Quę vnquam fuit blasphemia si hęc non est? Non sine causa Apostolus notauit fœminas onustas peccatis, ab hereticis præ alijs decipi. Experiētia docet huc sexū ubi vehemēs est in alterutram, præsertim in peiorē partē, maioribus illecebris ac violentia, quam viros rem suā persequi, virōsque à fœminis in omni genere perniciosissimè facillimèque inescari atque capi. Hieronymus etiam ex omni antiquitate probauit, singulas ferè hereses quarundam in primis illustrium mulierū opera ac patrocinio propagatas, ipsarūq; asseclas tantum non pro deabus eas veneratos esse. Legimus Pepuzianos impurissimos hereticos tantum tribuisse suę sectæ mulieribus, ut earū solūm in sacramē-

Elizabet
regnū
appendix

Ep. ad Cte-
siphonem
contra Pe-
lag.

Aug. lib.
de heres.
cap. 27.

T to

DE SCHISMATE

torum rerumque diuinarum admi-
nistratiōne vſi ſint ministerio: deni-
que hoc inſœlix ſeculum, & iſtam ſe-
ctam turpiſſimam habere *Cathalias,*
Machas, Iezebelas, Herodiadas, Selenes,
Constantias, Eudoxias, omnes vident.

Sed tu *Elizabetha* ſupergreſſa es
vniuersas, quę te Summam in hiſ que
ſunt ad Deum, etiam ſuper omnes Pó-
tifices & Sacerdotes conſtituisti, de
tuo ergò Primatu Eccleſiaſtico & re-
gimine pauca annotabimus.

Elizabetha
ad regnum

1556

MORTVA ergò *Maria*, re-
rum potita eſt *Elizabetha*,
Henrici octani ex superindu-
cta Anna Bolena, priore adhuc ſuper-
ſtite, ſed repudiata vxore *Catharina*, al-
tera filia. Quę licet ſorore regnante
ſe catholicę fidei in omnibus cultri-
cem praebuerit, tamen verita (hunc
enim illi metum iniecerant ſubdoli
quidam haeretici, quos in conſilium
asci-

asciuerat) ne de quo nata est matri-
monio summi Pontificis Ecclesiae que
iudicio anteà damnato, de natalibus
etiam suis, iuréque regnandi ex sacris
canonibus aliqua oriretur dubitatio,
ecclesiasticis legibus subesse detrecta-
uit, & de mutanda religionis Eccle-
siasticique regiminis forma primo
quoque tempore cogitauit.

Animum in ea re suum statim pa-
tefecit cùm alijs multis modis, tum
maxime quod Catholicis conciona-
toribus mox silentium indixerit: hæ-
reticos in regnum, ex varijs vbi exula-
uerant locis redire permiserit: Episco-
póque cuidam coram se facturo sa-
cram, iamque ad altare sacrissimis vestibus
induto preceperit, non eleuare conse-
cratam hostiam. Vnde factum est eboracem.
ut Archiepiscopus Eboracensis, cui sis & reli-
qui episco prius recusat.
dinale Polo Cantuarensi primate) Elizabe-
thā con-
secrare.

DE SCHISMATE

munus ipsam in reginam inungendi
& cōsecrandi obuenit, negauerit ope-
ram suam , negarent quoque cāteri
Episcopi, prāter vnum, cūmque pe-
nē vltimum, omnes.

Elizabe- Iusurandum tamen Christianis
tha iura- regibus lege & more maiorum pr̄-
mentum scriptum de fidei Catholicę defensio-
de fidei ne , priuilegiorūmque ac libertatum
cath. de- ecclesiaasticarum conseruatione , ne
fensione. forte de regno minùs ritè sibi adepto
postcā fieret quæstio , suorum suauu-
qui regni causa quidvis simulandum,
dissimulandum, iurandum , peiuran-
dum senserant , in sua inauguratione
solemniter præstitit: permisit se quo-
linitur que oleo liniri , sed non sine irrisione
sacro oleo. & fastidio , nam sub papilionem pa-
rumper pro more ad regales induen-
das vestes diuertens, nobilioribus cir-
cumstantibus ancillis dixisse fertur
Abite , ne factōr huius olei vos offen-
dat

dat. Habebat anteà in familia quos-
dam homines vel nouæ vel nullius re-
ligionis, in ijs erat *Gulielmus Cecilius cecilius.*
Edouardo 6. à secretis, versatilis inge- *ceci... nūr*
nij, consilij, conscientiæ vir: qui si *th... f... r... n... s...*
dem catholicam paulò antè tam arti- *Angly*
ficiosè simulauit vt & Reginæ *Mariæ*
& Cardinali *Polo* operā suam ambitio-
fissimè venditauerit, a quibus recicctus,
ibat ad *Elizabetham*, cuius iam noui
principatus occasione fore sperabat
vt ad summos in republica honores,
præsertim si abrogata veteri religio-
ne, spretisque antiquæ nobilitatis pro-
cerum ac præfulm consilijs, sibi suis-
que obtemperare vellet, eueheretur.
Illa infœlix, morem gessit. Iste hoc
modo se suosque infinitis opibus au-
xit, regni rationes in hunc vñque diem
magis magisque implicatas, vel poti-
us planè desperatas reddidit, seque ip-
sum & Dominam, patriamque suam

DE SCHISMATE

Appendix

ex hac cupiditate inferuit doloribus
multis, ut quo se vertant non habe-
ant.

Paulò igitur post, istius maximè
consilio, conuocatis ordinibus ad par-
lamentum (ut vocant) cùm fœmina
Suprema Ecclesiæ regnum suorum,
Ecclesiæ regnum suorum,
etiam in causis spiritualibus, gubernatrix,
Non rupit
sit, voluit communi decreto, esse, &
vocari, *Suprema ecclesiæ regnum suorum,*
etiam in causis spiritualibus, gubernatrix,
omnesque exceptis proceribus laicis,
ut id solenni iuramento profiteantur,
adiguntur. *Caput enim Ecclesiæ, quia*
id Calvinus in Henrico patre suo nō pro-
bauit, nō videbatur appellāda. Forma
Juramenti execrabilis sacramenti est ista. Ego A.
B. Prorsus testificor & declaro in consciencie
Forma in- mea Reginam esse solam supremā gubernatricem & istius regni Anglie, & aliorū
ramenti. schismati. omnium suæ Maiestatis dominiorū & re-
ci.
bus atque ecclesiasticis rebus vel causis, quam
temporalibus: & quod nemo ex eis princi-
cipis

ceps, persona, prælatus, status, vel potentatus aut facto aut iure habet aliquā iurisditionem, potestatem, superioritatem, præminentiam, vel autoritatem ecclesiasticam aut spiritualem in hoc regno. Ideoque planè renuncio & repudio omnes externas iurisditiones, potestates, superioritates atque authoritates.

Secundum hanc formam præter cæteros, tenentur nominatim, omnes Archiepiscopi, episcopi, prælati, totusq; clerus iuriare, qui facere recusat, prima vice beneficia & bona eius omnia fisco cedent, perpetuosque carcerares subibit. Altera vice qui recusauerit, pœnam capitis perduellium more sustinebit. In hac iurisjurandi formula cum secundum prius comitiale decretum *Capitis* appellationem indoctiores omissum viderent, pro simplicitate sua, lætabantur non eousque progressum esse, ut id sexui fœmineo tri-

T iiiij bu

351

DE SCHISMATE

bueretur quod antea viris *Henrico & Edouardo* honestius concedi posse vi-
debatur: ex eoque plurimi non mo-
do Caluinistæ sed aliquot etiam ut-
cunque Catholici putabant magis ex-
cusabile, si hoc iuramentum presta-
rent.

*Fraus le-
gislatorū
decepi-
tur.* Alij acutius, fraudem an imperiti-
am dicam legislatorum, animaduer-
tentes, *Caput an Gubernatricem Ecclesiæ*
Reginam voces, nihil ad sensum pro-
sus interesse notarunt, cum idē vtroq;
vocabulo omnino designetur, imo
iuramenti formulā hanc, impietatē &
vſurpationē ecclesiasticę iurisdictio-
nis supremæ longè explicatius conti-
nere quam nudū *Capitis* nomē, quod
prioribus duobus regibus tribueba-
tur: cum hic *Reginam* non minorem
habere potestatem in res spirituales ac
causas ecclesiasticas quam in suis regni
res terrenas confiteri & iurare oportet

at

at, adeò quidem ut multi putarint eam posse sibi ex hoc decreto omnē etiā in administrandis sacramentis sacerdotalem potestatē arrogare. Quē scrupulū cūm videret Regina aliquos de præstanto iuramento causari, iussit in prima cleri visitatione sua, publicari quandam huius iurisiurandi seu expo-
sitionem seu correctionem: nimirū se non aliud hīc velle aut yndicare, quā quod prius patri fratrique, nomine *ca-*
pitis Ecclesiæ ab ordinibus concessum esset. Ita quod paulò ante turpe ac absurdum videbatur fœminæ ascribere vt dicatur, *Caput Ecclesiæ*, nunc mitius ac moderatius est, quām hoc ipsum quod illius appellationis loco substitutū est. Sic homines isti politici cūm de rebus diuinis tractare præsumunt, ostendunt se nescire quid aut de quibus loquantur.

Sed in quibus rebus hæc spiritualis
seu

DE SCHISMATE

seu ecclesiastica potestas isti foemint
regibusq; duobus prioribus concessa
maxime consistat, ex ipsis legibus &
decretis parliamentarijs breuiter com-
memorabimus, vt exteri qui rerum
nostrarum usum non habent, qui sit
reipublicae praesentis status facile cer-
nant.

aviss 9
Reges de potestate In primis ita habet lex, Omnia priu-
Regia in legia, præminentia, prærogatiæ, superio-
clerum. ritates spirituales, quæ ab ulla potestate vel
An. I. Eli zabethæ homine ecclesiastico iure haberri aut exerceri
possunt, quoad visitationem, correctionem,
seu reformationem cleri totius, seu quarum-
cunque personarum ecclesiasticarum: ad co-
gnitionem etiam ac punitionem omnium er-
rorum, hæresum, schismatum, abusuum
¶ c. Volumus in posterum quod Regio scep-
tro in perpetuum sint annexa.

Decernimusque Reginam suosque bare-
des ac in regali dignitate successores, habe-
re habiturosque esse deinceps omnimodam

poteſtatem nominandi & ſubſtituēdi quōf-
cunque voluerint, qui eorundem vice ac au-
thoritate eandem iurifidctionem ecclesiasti-
cam exerceant, pro beneplacito ſuo, perſo-
nas viſitent, hærefes, ſchimata, errores,
abuſus caſtigent, aliudve quidvis iuris vel
poteſtatis exerceant, quod ab ullo unquam
ecclesiastico magiſtratu exerceri potuit aut
oportuit.

Decernitur item, ne clerus ad synodum:
ullam, aliorum quam regijs literis & man-
datis conueniat. Ne ullum canonem, le-
gem, conſtitutionem, synodalem ſeu pro-
uincialem, vel faciat vel exequatur ſine ex-
preſſo maieſtatis ſuæ conſenſu & licentia,
huiuſmodi canones faciendi, promulgandi
vel exequendi ſub pœna carceris & mulctæ
pro Reginæ arbitrio imponenda.

Decernitur ne quis exeat regnum ditio-
nē ſuæ m.^{tis} ad ullam viſitationem, cō-
cilium, cōuentum aut congreſationem, quæ
religionis cauſa uſpiam fiet, ſed et talia om-
nia

DE SCHISMATE

nia, regia autoritate infra regnum fiant.

Item, ne episcopi vel vlli nominatione vel electione vel vlla autoritate alia quam regia creentur, neve iurisdictionem, potestatēmque episcopalem teneant aut exerceant nisi ad beneplacitum Reginæ, nec aliter nisi per ipsam, & à regali maiestate deriuatam autoritatem.

Elizabe- Non solum autem Episcopos suos
tha spiri- aut personas Ecclesiasticas hac vica-
tualē iuris- ria donat sub se de omnibus rebus
nem etiā ac personis spiritualibus iuris di-
laicus de- cendi, potestate: sed ex laicis quos
legat. volet etiam constituit commissarios
seu vicarios, qui omnimodam exer-
ceant spiritualem iurisdictionem, ad
quos s̄pè ab ipsis Episcopis prouo-
catur.

Sed quomodo isti atque ipsi etiā
Episcopi depēdeant totum quo ad iu-
risdictionem potestatemque omnem
spiritualem ex ipsorum formatis lite-
teris

teris videre licet : vbi ipsos ordines
conferri miraberis, non alia quām re-
gia authoritate . Sic enim secundum
priorēs legēs scribit aliquando prin-
ceps ad Archiepiscoporum aliquem:

*Quandoquidem (inquit) omnis iurisdi-
cendi authoritas iurisdictioque omnimoda
tām illa quā ecclesiastica dicitur , quām se-
cularis , à regia potestate velut à supremo
capite manat: ad promouendum igitur quos-
cunque infra diocēsim tuam ad sacros ordi-
nes per præsentes ad nostrum beneplacitum
duraturas , tibi damus potestatem. Archi-*

*episcopus vicissim scribens aut man-
dans aliquid clero suo , sic scribit: Nos*

*N. permissione diuina cantuar : Archie-
piscopus totius Angliae primas per regiam
maiestatem sufficienter & legitimè autho-
risatus &c. vel sic , regiae m.^{ris} vice & no-
mine quibus in hac parte fungimur , manda-
mus &c.*

Horum absurdissimorum decre-

to .

*dr singe
majus
dictum*

*Litera pri-
cipis ad
Archiepis-
copum de
ordinibus
sacris con-
serendis.*

*Archiepis-
copi lite-
re.*

DE SCHISMATE

torum iampridem etiam ipsos protestantes puduit, legum suarum turpitudinem apud rerum Anglicarum imperitos tegere sunt conati, ut affirmarent his legibus nihil aliud contineri quam Regem seu Reginam esse non minus Ecclesiasticarum quam laicarum personarum principem & dominum, sed istud malitiæ velamē ea quæ recitauimus facile tollunt: cum videamus his decretis non tantum dari ut in rebus ciuilibus sint omnibus subditis suis cuiuscunque ordinis, superiores, sed ut personis etiam Ecclesiasticis in ijs quæ sunt ad Deum non minus præsent quam ciuali magistratui in rebus ad pacem & politiam pertinentibus. Quodque est magis absurdum, hanc facultatem spiritualem asserunt esse partem regalis potestatis, eamque non nunc primūm his legibus dari, sed ut ius antiquum coronæ Anglicanæ

næ reddi & restitui: quasi principes
ethnici sine ista potestate spirituali ve-
ri reges nō essent: aut catholici reges,
qui vel nūc sūt in alijs christianis pro-
uincijs, vel in Anglia ante hoc schif-
ma fuerunt, dimidiati tantūm & non
integri absolutique principes essent:
aut Christus non distinxisset ea quæ
sunt Dei ab ijs quæ sunt Cæfaris: vel
nihil esse discriminis inter iura regalia
& sacerdotalia: inter ecclesiā quæ est
corpus Christi mysticum, & ciuilem
hominum multitudinem, vel tandem
inter eos quos spiritus sanctus posuit
regere ecclesiam Dei, & humanam
creaturam, quæ ad huius vitæ com-
moditatē & tranquillitatem, propriè
est instituta. Sed hæcomittamus, &
Deo permittamus, vt discernat causā
Ecclesiæ suæ, & ponat principes istos
sicut Oreb & Zeb & Zebee & Salmana,
qui dixerunt, *Hæreditate possideamus*

fan-

DE SCHISMATE
sanctuarium Dei.

Elizabe-
tha omnes
Ecclesi-
sticos pro-
uentus &
posseſſio-
nes pro-
priis vi-
bus ad-
dicit.

primi aum-
fentia om-
nibus

go cōrdia

Regina verò hac sibi hæredibúsque
suis arrepta potestate, simūlque abro-
gata sedis Apostolicæ authoritate, si-
bi, vt in eis quæ sunt ad Deum sum-
mæ ministræ, applicat omnium spiri-
tualium prouentuum, perpetuas deci-
mas, & primitias, id est, primi anni
cuiusq; beneficij adepti integros fru-
ctus, omnésque religiosorum posſeſſio-
nes, ante sacris vſibus à sorore resti-
tutas, sibi repetit: vicarios & commis-
farios in spiritualibus constituit: sigil-
lum ad causas Ecclesiasticas peculiare
cudit: de puniendis hereticis antiquas
leges (quod ad rem valdè pertinebat)
abrogat: nullum vult pro heretico ha-
beri, nec aliquam sententiam seu opini-
onem pro hæresi damnari, niſi se-
cundum iudicium quatuor primorū
generalium conciliorum, vel ſaltem
alterius synodi quæ per scripturas de-
tota

tota causa rectè iudicauerit, vel quod caput est, in conuentu statuum, id est, in parlamento, ita fuerit decretum.

Postremò de fidei & religionis formula immutanda pro suo suorūq; arbitratu decernit: laicorūq; solùm suf-

fragijs (omnibus ad vnum Episcopis, *soli laici de fide de cernunt.*

qui primi, sententias in illis comitijs dicūt, & certè soli in causis fidei dicere

deberent, reclamantibus, ac toto tūm

Londini in Synodus Cantuariensis

Prouinciæ clero coacto, refragante)

tremendum sacrificium cum reliquo

omni sanctissimo ritu precandi, & sa-

cramenta administrandi, abolet: & no-

ua sacra, ceremonias, precésque in lin-

gua vulgari ad normam maximè Lu-

theranorum (hoc solo excepto, quod

imagines sacras sustulerit) prescribit,

licet fides Caluini magis tūm & dein-

ceps ab istis legislatoribus eorūmque

ministris & sectatorib' sit approbata.

V Sed

*ea sunt
multa repre-
sentata*

DE SCHISMATE

Sed quia istud peculiare est ferè
hoc tempore huic genti, vt non po-
pularibus tumultibus, sicut in Francia,
Scotia, Belgica, ceterisque locis factū
videmus, sed principum mandato &
legum prætextu hæreses ac sectæ per-
ditionis introducātur, operæ pretium
erit hoc loco annotasse, quomodo or-
dinum consensum, ad eam rem Re-
gina procurauerit, nam sine ipsorum
suffragijs non potuit illa quicquam in
religione mutare.

Sunt autem in istis comitijs Angli-
canis duæ curiæ: vna, optimatum &
patriciorum, id est, Episcoporum &
procerum laicorū, & appellatur aula
seu confessus superior: altera, partim
hominum equestris ordinis, qui sunt
prouinciarum Vicarij, partim dec-
rionum, qui nomine ciuitatum ac ou-
pidorum magis illustrium plebisque
personam sustinent, hæc vocatur do-
mus

mus inferior. Cū ergò adhibita esset
opera, vt ex singulis ciuitatibus & pro-
uincijs ij maximè cooptarentur in
istam secùdam comitiorum curiam,
qui nouis rebus in fide & religione
studerent, facilè obtentū est, vt quic-
quid Regina proposuisset, in hac se-
cunda curia comprobaretur. In prima
autem curia præter episcopos, omnes
doctissimos & cōstantissimos cōfes-
sores, quorum grauiissimis sententijs
& suasionibus plurimi mouebantur,
considebant principes multi, ex priori
Mariæ temporibus institutione ad-
huc Catholici, quos suppuduit post
communem fidei & obedientiæ
professionem in illo ipso loco ante
triennium tantùm, coram suæ Sancti-
tatis legato totius regni nomine fa-
ctam, tam citò ad vnius fœminæ vo-
cem & voluntatem resilire: aderant
quoque ij ipsi, qui non ita multò ante

Vij regni

DE SCHISMA TE

regni reconciliandi causa legationem
Romanam obierant, qui grauissima
oratione collegas suos admonuerunt,
ne à fide ac societate omniū gentium
maiorumque suorum secundò se ab-
duci finerent, neue vnquam cōmitte-
rent, vt huius inconstantiae ac in rebus
ad salutem pertinentibus leuitatis, x-
terno dedecore notarentur. Itaq; diu-
restitum est, & in hoc superiori sena-
tu tam difficulter est impetratum, vt
nisi Elizabetha tacitā nuptiarū suarum
rūdellie. spem, vni ex optimatibus suis faciens,
alteri in causa coniugij dispensatio-
nem, quam à Papa tam expedite ha-
bere non poterat, offerens: alijs aliter
blanditijs, promissis ac muniberis
gratificans, tam eos quam alios prin-
cipes istis necessitudine coniunctos,
hoc astu in partes suas attraxisset, euer-
ti non potuisset catholica religio. Nā
ne sic quidem schismatica pars, catho-
licam

*Spē & cōmitiis
Arundel & H. de
Rigmiū mīqmp*

*comiti A.
rūdellie.* spem, vni ex optimatibus suis faciens,
*Norfolkiae
Duci.* alteri in causa coniugij dispensatio-
nem, quam à Papa tam expedite ha-
bere non poterat, offerens: alijs aliter
blanditijs, promissis ac muniberis
gratificans, tam eos quam alios prin-
cipes istis necessitudine coniunctos,
hoc astu in partes suas attraxisset, euer-
ti non potuisset catholica religio. Nā
ne sic quidem schismatica pars, catho-
licam

licam plusquam triū suffragiorū numero excessit. *Elizabetha* voto suo potita, procū neglexit & turpiter ludificauit, sēq; dixit virginem esse perman-
surā, ac velle, ut in marmore sub quo
sepulta iaceret, inscriberetur: *Ibi sita esse*
Elizabethā quæ dō tot annorū Regina, et
tota ætate sua virgo extitisset. Aliū quo-
que summū principē (Ducē videlicet
Norfolcię) quē in partem suā blandi-
tijs allexerat, varijs postea contume-
lijs continuò vexatum, tandem per ca-
lumniam accusatū, vita etiā priuauit.
Quod iusto Dei iudicio multi factum
interpretabantur: sanc matrona quæ-
dam Londinensis pia in primis & gra-
uis, ad istum principem venisse ac li-
berè dixisse fertur: Quando (inquit)
tua excellentia suffragium quod an-
teā dabat & debebat Ecclesiæ & Ca-
tholicę fidei defensioni, commen-
dabat hæreticis & ad religionis de-

DE SCHISMATE

structionem: nō meminit puto, quod
sua illustrissima familia & persona per
hæreticos penè extincta & perdita,
per sanctissimæ memoriam reginam
Mariam, fuerit restituta, atque in
hunc excelsum dignitatis gradum
quem nunc tenet, cœcta: sed quia hoc
fecisti, & dilexisti magis gloriam ho-
minum quam Dei, Deus te, reliquam
que nobilitatem antiquam huius pec-
cati participem, puniet per istos no-
uos homines & hæreticos. Sic illū affa-
ta est, & luctuosus rerum euentus ve-
ra esse quę dixit comprobauit. Sed his
modis, quod voluit de mutanda reli-
gione, & primatu suo ecclesiastico
stabiendo, tandem assecuta est regina.

Id verò in primis ipsam iuuit, quod
optimatibus cùm alia multa allegan-
tibus, tūm maximè quod salua con-
scientia illud de suprema illius in re-
bus ecclesiasticis potestate iusfuran-
dum

dum prestare non potuerint: curauit,
 vt laici principes omnes exciperetur,
 modò suis suffragijs episcopos saltem
 clericosque, & alios nonnullos ad hoc
 sacramentum lege compelli permit-
 terent. Ita multi ex magnatibus hac
 cautione sibi pulchrè prospectum pu-
 tantes , de Episcopis pastoribusque
 suis non ita multum curarunt, sed istis
 irreligiosis legibus obnoxios relique-
 runt. Ita fit , quando res diuinæ in
 humanis & prophanis tribunalibus
 tractantur, quibus Deus non promisit
 spiritum veritatis, iudicij & iustitiæ.
 Memoriæ proditum est Henricū octa-
 uū, tum, cum ad monasteriorum reli-
 giosorumque bona animum applicu-
 isset, facile effecisse quod voluit in
 comitijs per principes & prelatos se-
 culares, qui ferè sua parum interesse
 putabant quidquid de religiosis per-
 sonis rebusue monasticis statueretur,

V iiij &

principes
laici à
schismati-
co iuramē
co excipi-
untur.

laici principes
co iuramē liberi

DE SCHISMATE

1559

& ita deserti religiosi ab alijs ordinibus, mox in prædā Tyranno dati sunt. Postea verò, & in his maximè sub Elizabetha comitijs, impetitis Episcopis ac clero vniuerso, Deus permisit, facileque curatum est, ut identidem ecclesiastici à procerib⁹ magna ex parte de relicti fœminæ cupiditati, & ipsi ad prioris iniuriæ vindictam permitteretur, & religio omnis turpissimè constitueretur. Quam autem pœnam postea pependerint laici ordines, partim iam vidimus, & posteritas nostra clarius videbit & mirabitur.

An. 1559.
missa mī
dicta

Rebus ita ordinū authoritate confessis, post certam diem, id est, festum sancti Ioannis Baptiste, anno 1559 Mif-
sam facientibus aut audientibus aliud-
ue quodcunque officium Ecclesia-
sticum ritu veteri procurantibus, sa-
cramentūm uel aliquod Romano mo-
re administrantibus, grauis indicitur
mul

multa, nimirū, vt qui in hanc legem
prima vice committeret, vel ducentos
aureos dependeret, vel sex mensibus
in vinculis ageret: secunda vice, qua-
dringentos aureos aut vnius anni vin-
cula exolueret: tertia demum vice,
perpetuis carceribus addiceretur, om-
nibusque bonis excideret. Quo fa-
ctum est, vt ad præscriptum diem ces-
farent sacra publicè fieri per totum
regnum.

Quia verò his impietatibus Epis-
copi (vt dictum est) consentire nolue-
runt, nec iureiurando affirmare se in
conscientia credere solùm Reginam
sub Christo esse Anglicanæ Ecclesiæ
supremā gubernatricem, præter vnu,
omnes sunt paulò pòst de gradu & di-
gnitate sua depositi, ac carceribus va-
riisque custodijs commissi, vnde om-
nes hodiè longo miseriарum tedium
extincti sunt. Quorum gloriosissimo-
rum

Mulcta,
Missā vel
audienti-
bus, vel
facientib
indicta.

DE SCHISMATE

1559

rum cōfessorum nomina ad æternam
Nomina rei memoriam apponam. In primis
Episcoporum *Nicolaus* Eboracēsis Archiepiscopus,
mortui paulò ante Anglię Cácellarius: deinde
sunt in vi *Edmundus* Londinensis Episcopus,
culis pro *Cuthbertus* Dunelmensis, *Ioannes* Vin-
fidei cath. *confessio-* *toniensis*, *Thomas* Lincolniensis, *Thur-*
nō. *lbeius* Eliensis, *Turbaruillus* Exoniensis,
Eps. roj. i *Burnus* Bathoniensis, *Polus* Petrobur-
Capthm *gensis*, *Baynus* Litchfildēsis, *Cuthbertus*
Cestrensis, *Oglethorpus* Carliolensis,
Thomas autē *Goulduellus* Assaphensis,
plenus pietate & dierum, 26. postea
annos Romæ vixit, & non ita pridem
fœlicissimè ac sanctissimè in domino
obijt. Quibus propter summam con-
stantiam & vinculorum societatem,
Fecknamum occidentalis Monasterij
Abbatem adiungere licet, qui hoc
tantum anno præclara confessione
perfunctus, fœliciter requieuit in Do-
mino.

Ho

Horum insignium pastorum & *Exules ex
prælatorum suorum exempla, ex cle-
ro melior pars imitata est, plurimis in
primarijs Ecclesiæ dignitatibus con-
stitutis, vel in custodiam datis, vel ex-
tra patriam fugatis, hereticis ministris
ipsorum loca & honores inuadenti-
bus: solùm verterunt etiam religiosi
variorum ordinum plurimi: ac conuē-
tus etiam vtriusque sexus integri tres:
secuti sunt quoque nobiles laici vtri-
usque sexus permulti, etiam usque ad
cærcores & bonorum rapinam: vtrius-
que etiam vniuersitatis (duas enim
Anglia academias *Oxonensem* & *Can-
tabrigensem* habet) flos ipse in exteris
regiones quasi turbine delatus & dis-
persus est. circiter autem trecenti om-
nium ordinum ab initio commigra-
runt in varias Europæ partes, sed ma-
xime Belgicas vniuersitates, vnde po-
stea Anglicani agri deserti magna se-*

mon

DE SHISMA TE

mētis copiosissimāque messis extitit,
futura tandem (vti speratur) ad totius
nationis salutem.

Libri à ca-
tholicis
scripti.

Horum aliqui, vtilissimis tām sua,
quām latina lingua posteā scriptis li-
bris, varias catholicæ religionis partes
fortiter contra hæreticos defenderūt
& egregiè illustrarunt. In his sunt
præcipui, *Nicolaus Harpsfeldus*, qui etiā
in carcere egregium opus cōtra Mag-
deburgenses, *Copi* nomine editum,
multāque alia adornauit. *Thomas Har-*
dingus, *Nicolaus Saunderus*, & qui adhuc
viuunt, *Gulielmus Alanus* & *Thomas*
Stapeltonus, quorum opera innumeræ
animæ suorum deceptæ, ad gremium
Ecclesiæ indies per Christi gratiam
redire noscuntur.

Habet Anglia (præter duas illas
quas nominauimus academias anti-
quissimas, olimque maximarum ar-
tium, ac præsertim S. Theologieſtu-
dijs

dijs florentissimas, nunc vt temporibus sectarum fit, nouorum oratorum & grāmaticorū tantūm nutrices) quedam Londini gymnasia amplissima, in quibus principum, nobilium ac ditorum ferē hominum filij, ius Britannicum ac leges municipales addiscunt: ex quibus ferē prodeunt ij, qui populo ius dicunt & rempublicam administrant: genus hominum in illa gente, si quod aliud, prudens, grave & honoratum. Hi ita detestabantur istam religionis mutationem, quā statui periculosisssimam fore præsagiebant, vt proptereà plurimi, illius fidei & antiquitatis amantiores, à causarum patrocinio, iure dicendo, & publicis muneribus, fuerint tum, & non ita multò post amoti: ijs suffec-
tis, non qui erant hēretici (nam eius ordinis paucissimi semper fuerūt) sed qui nouerant cedere Cēsari & tempo-
ri

DE SCHISMATE

ri, ac secundas partes dare Deo. Quòd
in omnibus ordinibus fecerūt multi,
vnde maior semper quām ab ipsis hē-
reticis, reipublicæ pernicies.

Maior pars An- glie ca- tholice & fi- dei addi- Eta. Diuisa enim omni Anglia in tres partes, ex tribus, vna non erat tum hē- retica, nec cupiebat aut probabat mu- tationem religionis, nedium postea, cùm sectę perniciem esset experta. Nam pr̄ter plurimos ex optimati- bus de quibus diximus, pars maior inferioris nobilitatis erat planè ca- tholica, plebei quoque, qui agricul- turam per totum regnum exercent (honestum & opulentū in illa insula genus hominū) nouitatem istam in- primis detestabantur, nec regni illius prouincię alię, quām quę sunt prope Londinum & aulam, nec ciuitates ferè, nisi maritimę, atque in istis pre- ceteris otio & delitijs affluentes, ado- lescentes, bonorum decoctores, mu- lie

lières onustę peccatis, cęterique simili-
lis farinę socij, vltro hęresim ample-
xabantur. Hoc enim nobis pueris ob-
seruatum est, maximę in vniuersita-
tibus, quenq; cōesse in hęresim à na-
tura procliuiorē, quò cōfet prę cęteris,
magistris magis immorigerūs, pa-
rentibus ac superioribus inobediens,
dominis infidelis, aut de aliquo alio
graui peccato notatus. Præter istos
ergò licet cæteri ferè cōfent corde ca-
tholici, tamen putabant aliquousque
in exteriori vita, & obediendum legi-
bus, & regię voluntati cedendum: &
si quid in ea re peccetur, tribuendum
illi, & non sibi, qui iudicabant se vtcū-
que hac necessitate excusari.

Venerunt quoque in istam senten-
tiam ex inferiori clero presbyteri &
parochi, ecclesiarūmque cathedralium
vel collegiatarum Canonici nō
pauci, qui ex animo sectam damna-
bant

DE SCHISMA TE

bant, & aliquandiu etiam à faciendis
istis nouis officijs propter conscientiā
*Multa tē-
pla per ali-
quot men-
ses in An-
glia clau-
sa.* abstinebant, adeò quidem ut post
diem à lege præscriptum, in quo vera
sacra cessare, falsa ista inchoare, opor-
tuit, multa essent per totum regnum
ad aliquot menses clausa tempia, cùm
presbyteri veteres schismatica sacra
non lubenter facerent, & nouorum
ministrorū non esset adhuc satis, qui
tot locis inferuiren.

*visitatio
cleri per
Reginā.* Sed cùm Regina paulò post, pro
sua scilicet omnium ecclesiarum soli-
citudine, visitationem cleri fecit, ac
in curatos qui ritus parlamentarios in
parochijs suis ad diē à lege præscrip-
tum non obibant, inquisiuit, metu
amissionis bonorum & beneficiorū
multi faciunt: ac aliquibus non assen-
tientibus, alios sufficiunt ex noua cre-
atione ministros, qui illo fungantur
munere, plebem etiam compellunt,

in singula capita, si festis diebus abef-
sent secundum comitiorum edictū, ^{Mulcta.}
duodecim assium indicta mulcta, vt
Ecclesias suas sicut prius, frequentent.
Atque ita vel vi vel arte factum est,
vt maxima catholicorum pars usque
eò hostibus paulatim cederent, vt
schismaticorum ecclesias, conciones,
communionem ac conuenticula ali-
quando publicè adire non recusa-
rent. Ita tamen ut interim Missas se-
cretò domi per eosdem sepe presby- ^{presbyteri}
teros, qui adulterina sacra in tēplis pu- ^{ri schismatis}
blicè peragebant, aliquando per alios ^{tici &}
non ita schismate contaminatos, cele- ^{Missā, &}
brari curarent, sāpēque & mensæ do- ^{hæretico-}
mini, ac calicis dæmoniorum, hoc ^{rū canam}
est, sacrosanctę Eucharistię, & cænæ ^{vno eo-}
Caluinicæ, vno eodémque die illo lu- ^{démque}
ctuoso tempore participes fierent.
Imò quod magis mirum ac miserum
erat, sacerdos nonnunquam prūs rem

DE SCHISMATE

sacram domi faciens, deferebat pro
catholicis, quos ipse id desiderare co-
gnouerat, hostias secundum formam
*Facinus
non imi-
tandum.* ab Ecclesia visitatam consecratas, quas
eodem tempore iisdem dispensabat,
quo panes hæreticorum ritu confe-
ctos, cæteris Catholicæ fidei minus
studiosis, distribuebat. Atque hac
mando literis, ut cæteræ nationes no-
stro exéplo edoctrinæ, & hæreses prin-
cipia ac progressus videant, & tempe-
stiuè sibi ab huiusmodi pestibus ca-
ueant.

Interim Regina & sui, ab initio
præclarè secūagi existimarunt, quòd
cùm tot essent antiquæ fidei in regno
cultores, plerisque tamen scirent, ri-
tus à se præscriptos publicè vel ample-
xari, vel præsentia sua vtcunque
exteriùs approbare, licet interius
aliam fidem de qua ipsi non adeò cu-
rabant, aut certè ad tempus dissimu-
lan

landum censemabant, colerent. Ac ne sacerdotes quidē quosdā ab illis administrandis abhorere, gaudebant nō mediocriter : timebant enimne contrā exemplum & mandatum omnium Episcoporum ac prēlatorum suorum, ac contra conscientiam suam adduci non possent ut id facerent. Neque enim adhuc habebant pro triginta & amplius parochiarum millibus, <sup>Triginta
millia pa
rochiarum</sup> nuos ministros, turpēque iudicabant maximam templorum partem subitō claudi, omnique sacramentorum usu destitui, & fortasse, quod est hæreticorum omnium proprium, maluerūt ab initio, ad faciliorem populi deceptionem, vti veris sacerdotibus, quām pseudopatesbyteris suis. Atque ita quidem res iste in Anglia gerebantur, & paulo post in illis etiam Hiberniæ locis, quæ Elizabethæ parent: vbi itidem hoc hærescos iugū populis im-

DE SCHISMATE

posuit, repugnante maximè conscié-
tia, cùm illius gentis homines prax
multis sint catholici.

*Nous
creatur
clerus.*

*consisto -
rium
c. viores.*

Interea ecclesiæ gubernatrix animum
ad nouos Episcopos & suæ sectæ cle-
rum creandum adiicit. Nec tamen in
officijs aut ordinibus ecclesiasticis di-
stribuendis, nec in ipsa regiminis sui
forma quidquam secuta est Zuin-
giorum aut Caluinistarum rationes,
ac nec exactè quidem Lutheranorū,
quorum tamen non modò in exter-
nis ceremonijs, sed in ratione cre-
dendi (propter quandam quam se fin-
gebat amare mediocritatem, & quia
catholica cùm paulò priùs haberetur,
nolebat repente videri pessima) quam
cæterorum sectariorum similius ha-
beri cupiebat. Ergò nec illud seditio-
sum tribunal, quod *Consistorium* vo-
cant ipsi, nec gradus aut functiones
illas, *Seniorum*, *Ministrorum*, ac cæte-
ro

terorum quidquam curauit : sed vel animi proprij inductione , vel aliorum suasione, iudicabat magis ad gloriam spiritualis prælaturę suę , ac regni etiam temporalis splendorem, atque demum ad sectæ etiam stabilitatem, ut clerus quem esset instituturus, secundūm veteris Ecclesiæ distinctionem consisteret ex Archiepiscopis , Gradus
huius no-
ui cleri. Episcopis, Presbyteris, Diaconis etiā : nam hoc gradu nullum admittunt inferiorem. Identidem ut in Cathedralibus ac collegiatis Ecclesijs esse promore voluit, Præpositos , Decanos , Archidiaconos , Cancellarios, Canonicos , ac alios secundūm cuiusque loci consuetudinem. Atque hos omnes voluit antiquę dignitatis & honorum vocabulis , veterisque cleri possessiōnibus , ac priuilegijs penè omnibus tam in republica , quam in Ecclesijs , frui . Imò dedit operam religio-

DE SCHISMATE

sa fœmina habere suę quoque fidei
religiosos : egit enim cum glorio-
sissimo confessore Abbatे Vvest-
monasterij , vt monachos suos ex hac
rerum mutarione abire non permitte-
ret, sed eos de sua in conuentum be-
nigna voluntate redderet certos & se-
curos: s̄eque cupere vt maneant orēt-
qué pro ipsa, & sacra faciant secundū
dum suarum legum pr̄scriptum.
Sed boni viri non putabant eorum
esse, vt regulam Benedicti relinque-

Elizabe-
thę iactā-
tia.
rent, propter regulam Caluini. Et apud
exterōs, ac principum oratores , so-
let multūm gloriari, quòd clerūm ha-
beat in sua sectā honoratum, & non
tantūm famelicos ministros, sicut Ge-
neuenses , & alię huiusmodi ecclesię
non bene ordinatę: neque ita se ex-
orbitare à ceterorum principum ma-
iorūmque suorum fide, vt multi pu-
tant. Ad maiorem verò in hoc gene-

re fraudem faciendam, voluit aliquot
 annis proponi publicè in mensa, quā
 pro altari in facello erexerat, cereos
 duos, sed eos nunquam accensos, ac ^{Hypocri-}
 crucem etiam in medio argenteam
 vnam: sēpe etiam dicitans (ut regni
 sui Catholicis magis placceret, exteris ^{Menda-}
 que facilius imponeret) se non tam vo-
 luntate sua, quam subditorum impor-
 tunitate, ut religionem mutaret, fuisse
 coactam, sed in ea re magna usam fuisse
 moderatione. Sed ut ad rem rede-
 amus: distribuit mox omnes digni-
 tates & functiones ecclesiasticas in
 suos Lütheranos, vel Caluinistas: sed
 plures in hos, quam in illos: vene-
 rant enim ad hanc prædam ex Subau-
 dia aliisque locis, quo anteā profuge-
 rant, rapidissimè hi ipsi, qui paulò
 prius secundūm *Caluinum* detesta-
 bantur istos superbos & antichristia-
 nos in prælatis principatus ac domina-
isba

DE SCHISMATE

tiones: sēque in hac sua bonorum ac
honorum ecclesiasticorum usurpa-
tione, magis impotenter, tyrannicē,
auarē, insolentēque gerunt, quām
vel à veris dominis fieri, vel à nobis
*heretici
versipel-
les.* antea cogitari potuisset, proinde iam
omissa fidei precum & regiminis for-
mula, cui Geneuę assuefacti fuerant,
quāmque præceptoribus illic suis se
in Ecclesiis Anglicanis traducturos
promiserant, se nunc totos Reginali
prælature ac præscriptioni seruiliter
submittunt, quia hoc aucupium erat
vberrimum. Sed ut offensos socios be-
neficio placarent, procurant Caluni-
stis Gallis, Flandris, Vallonibus, cer-
tas Londini Ecclesiis, ubi scorsim ora-
re, sacra peragere, pro more quis-
*dissen-
tis hære-
ticorum.* que suo castissimè & reformatissimè
possunt. Inter quas postea Eccle-
sias & nouam hanc Anglorum syna-
gogam, magna extitit digladiatio,
ad eo

adeò quidem, vt ex ministris Gallicanis nonnulli sint postea coacti discedere, & ex illis contubernijs aliquot etiam ignibus traditi: nam ad eas mox Ecclesiás sub prætextu Caluinismi, ex varijs gentibus omnium sectarum ac impurissimorum morum homines commigrarunt.

Cæterū Episcopatus ac alias prælaturas ecclesiasticas audiē & sine scrupulo captant isti, etiam tūm cùm adhuc scirēt veros Episcopos cum toto orbe cōmunicantes, superesse, nec vlla vel causa vel potestate legitima exau-thoratos, certóque cognoscerēt tales Ecclesiás, cathedras, ac officia nūquā fuisse ab alijs nec pro alijs, quām Catholicis instituta, sed sic de istis ipsi cogitabant, quemadmodū de regnis dixit ille, ea semper esse occupantium. Et regina quidem ita ista per literas patentes conferebat, vt tamen oportuerit

comburū.

tur h̄ere-tici.

DE SCHISMATE

te nec ibi erant) operas peterent. Instabant quidem multum aptid quēdam Archiepiscopum Hibernum, quem tūm in carcere Londinensi in vinculis habebāt, ut illis in hac necessitate succurrat, ipsi & libertate & præmijs præpositis, si vellet istorum ordinationi præesse: sed vir bonus nullo modo adduci potuit, ut hæreticis sacras manus imponeret, vel alieno peccato conimunicaret: ita omni legitima ordinatione destituti, cùm vulgo dicerentur, & ipsis legibus Anglicanis verè probarentur, nō esse Episcopi, brachium seculare inuocare coacti sunt, ut laicus magistratus confirmationem in futuris comitijs acciperent: quorum autoritate si quid minus ritè & legaliter in priori inauguratione gestum esset aut omissum, ipsis condonaretur, idque postquam episcopalī officio & cathedra absque villa epis

Parlamē-
tarij Epif.
copi.

episcopali consecratione aliquot annis functi essent. Hinc nomen illis impositum, ut parlamentarij Episcopi dicerentur.

Qualescunque autem aut quomodo cunque facti sunt isti pseudoeipscopi, ex latrunculis vel leunculis euaserunt leones & lupi rapidissimi, & didicerunt capere prædam, in cle-<sup>superintē
dentes la
pi.</sup>rum ac populum dominari, eosque nouis inauditisque modis dispoliare. Et primū quidem Regina habuit suam visitationem ecclesiasticam per totum regnum, secundam tenuit Metropolita in sua quisque prouincia, tertiam Episcopus cuiuslibet loci, vbi seuerissimè in omnes Catholicos quæsitum & animaduersum est, vbi miræ institutæ sunt reformationes: inquiritur enim, si vspiam adhuc Missæ <sup>Luporum
istorū re-
formatio-
nes.</sup> fiant, si Sacramentum reseruetur, si in vllis Ecclesijs noua officia non ce-
le

DE SCHISMATE

lebrentur, si altaria non sint fracta
ac demolita, si chorus non sit nauis Ec-
clesiae complanatus, si vspiam in pa-
rietibus aut fenestris, imaginum ve-
stigia apparent, quam multos cali-
ces, pixides, cruces, &c. haberent, cuius-
que materiae essent: biblia Anglicè ab
hereticis falsissima versione & impijs
annotationibus cōspurcata, institutio-
nes Caluini, ac similes farinæ libros co-
gut populū emere, & in singulis tēplis
legēdos proponi: denique inquirunt,
si parochi habeant donum castitatis,
eosque plurimum vrgent, vt vxores,
ne vrantur, tempestiuē accipient.

*Ex quib^o
hominib^b
nonus iste
clerus cō-
ponitur.
De nup-
tis quā-
primū co-
gitant.* Clerus enim in Anglia nouis fa-
ctus, partim, ex apostatis nostris par-
tim, ex hominibus merè laicis (vt est
valdè spiritualis) primo quoque tem-
pore de nuptijs cogitabat, multū-
que sategit, vt coniugia Episcopo-
rum, Canonicorum & cæterorum
mi

ministrorum legibus approbarentur,
& ipsorum liberi legitimi declararen-
tur, sed obtineri non potuit, quia vel
turpe videbatur ministerio, vel reipu-
blicæ perniciosum: *Edouardus* quidem
sextus omnes canonicas & humanas
prohibitiones circa clericorum aut
etiam religiosorum connubia lege
comitiali seu parliamentaria sustulit,
eam legem mox abrogauit *Maria*,
nunc restituendam ac renouandam
clamitant isti, sed non exaudiuntur:
omnes tamen per totum ferè regnum
quia de dono (vt loquuntur) nō sunt
certi, non secundum leges, sed secun-
dum indulgentiam vel vt illi dicunt
secundum scripturas, sed ad libidinem
suam compositas, incunt prima, secun-
da, vel etiam tertia coniugia, contra ca-
nones & morem, non solum Latino-
rum, sed etiam Græcorum, & prole ita
abundant, vt ad illam sustentandam
op̄i

*ministrorum
non habet
donū, ca-
ritatis.*

DE SCHISMATE

opibusque augendā & populus supra
modū grauetur, & ipsi miserè benefi-
cia sua expilent. Quia autē in vxoribus
*Lex de eli-
gēdis vx-
orib⁹ pre-
sbytero-
rum.*
eligēdis fuerant ab initio ita vel negli-
gentes vel infœlices, vt fœminas non
adeò honestæ famę, omnes ferè acce-
perint, multūmque ex ea re infirmio-
ribus sectæ suæ scandalum, Catholi-
cis etiam risum mouerint: præscrip-
tum est illis Reginæ authoritate, vt
nullam in coniugium fœminam ad-
mitterent, ne Episcopi quidem, nisi
prius certorum hominum iudicijs de
honestate approbatam: sed nec hoc
modo satis potuit esse cautum istoru-
simul & honori & necessitati: sine fœ-
minis enim plerique non magis esse
poterant, (vt dicebāt)quām carere ci-
bo, continentiaque iugum into-
lerabile ducebant. Qui autem istis
darent filias suas, ne protestantes qui-
dem ferè inueniebantur, nedum Ca-
tho

tholici; primūm, quia aestimabant id ^{ritus Pres-}
 esse per se infame, ut sint vel dicantur ^{byterorū}
 vxores Presbyterorum: Secundò, quia ^{sunt ba-}
 iuxta leges regni non sunt adhuc vera, ^{flardi, sē-}
 sed adulterina coniugia, ac proinde ^{cundum}
 proles illegitima. Tertiò, quia non ac- ^{bodiernas}
 crescit his vxoribus aut liberis suis ex
 maritorum loco aut honore in Repu-
 blica, vlla dignitas aut estimatio, quod
 est contra naturam veri matrimonij.
 Nō enim Archiepiscopus, Episcopus,
 alijsve prælatus si sit cōiugatus, tribuit
 quicquam ex eo honoris vel præemi-
 nentiæ vxori suæ, nō magis quam si
 esset eius tantum concubina. Hinc fit, ^{Presbyter-}
 vt nec Regina in aulam, nec principū ^{rōrū vxo-}
 vxores ullo modo admittant, ne Ar- ^{res ab om.}
 chiepiscoporum quidem vocatas cō- ^{nibus con-}
 iuges, in consortiū sed debent eas ma-
 tri domi continere pro vasis tantum
 libidinis aut necessitatis suæ. Quæ istis
 ergò conditionibus, vel summis præ-

Y latis

DE SCHISMATE

latis, cōiungerentur, cūm honestiores paucæ aut nullæ reperiebantur, quas poterant habere, acceptabant. Sed & alijs modis vtcunque istorum hominum cupiditati per magistratum ciuilē impositum est frēnum. Nam & Collegiorum alumni, qui in Anglicanis Vniuersitatibus admodum multi sunt, otioque ac saturitate panis abundant, ac admodum prouecti xtate, cū piebant & ipsi habere vxores, sed videbatur inconueniens, & id priuilegij, Collegiorum tantum Rectoribus cōcessum est, cum hac tamē exceptione, vt coniuges seorsim plerunque extra Collegia constituant, rariūsque intromittant.

*De vestitu
nouorum
istorū cle-
ricorum.* De apparatu etiam ac vestitu istorum nouorū Clericorum, cūm multi cuperent indifferenti & planè laico habitu, tam incedere passim in publico, quam sacra in Ecclesia peragere (ne
ok)

olerent superstitionē) decernit tamen
Regina, & seuerē mandat, vt in Eccle-
sijs dum cœnam suam Eucharisticam
celebrant, cappa, dum reliquas preces
faciunt, superpellicio vtātur: in publi-
cum ne veniant sine pileo & toga cle-
ricali: Episcopi etiam vt Rochetā ge-
stēt. Et super hacre magna inter fratres
istos orta est quæstio, nec acquieue-
runt Reginæ iudicio, sed miserūt nun-
tios & literas ad confratres in *Gallia*,
Germania, *Heluetia*, & *Sabaudia*, maxi-
mè ad *Theodorum Bezam*, & *Petrum*,
Martyrem, eorum sententiam & con-
silium requirentes, an nimirum, liceret
istud seruitutis iugum, Christi iam pri-
dem factis libertis subire: sed quic-
quid isti respondent, consulūt, aut de-
cernunt, Regina eos qui hanc subire
legem recusant, ordine & beneficijs
priuat, cùm ad exterias Synagogas
quantumcunque reformatas, ab Ec-

Y ij cle

O 1 DE SCHISMATE

ecclæ Anglicanæ supremo capite non
sit prouocatio.

Ista autem, multaque alia, ex morib
us & cæremonijs antiquis, politi
corum suorum suafu contrâ huius no
ui cleri voluntatem Regina retinuit,
partim ad gloriam & splendorem ex
ternum istius nouæ ecclæ, partim
ut suos & exterios in eam opinionem
induceret, quod non lôgè abesset, aut
discerret à fide Catholica: in qua re
ita se semper subdolè gessit apud ama
tores, procos, cōfederatos, seu dome
sticos seu externos (quos plerunq; Ca
tholicos esse nouerat) ut ipsis spē daret
fore fortassis, vt ad maiorum fidē ali
quādo rediret: partī verò & maximè,
quia videbat istos sectę suę Ministros,
sub specie vitandæ superstitionis, pau
latim omnem in Ecclesia & republi
ca, ordinem, decorem, ciuitatem, ac
ipsam etiam humanitatem exuturos,
*elizabe
tha rafri
cies.*

suāmque ipsorum fidem ac religionē
barbara quadam feritate, nisi per Ma-
gistratum ciuilem aliqua adhibere-
tur moderatio, destrueturos. Et cer-
tè fecit plurimum ad stabilitatem fir-
mitatēmque hęreleos, quod non per-
mittebatur res, istius cleri libidini, quę
iamdudum hac libertate euangelica,
abijsset in fumum, nisi fuisset hac hu-
mana politia, ita iamdiu & sustentata,
& frēnata.

Diu ergò retinuit orgāna, cantum,
crucem, candelas, cappas: & has qui-
dēm ista de causa præcipue, vt si forte
in aliquam ciuitatem negotij aut ani-
mi causā diuerteret (vt sāpē fecit) ob-
uiam illi procedat solenniter vniuer-
sus clerus his sacris indutus vesti-
bus. Qua etiam ratione parcitum
est campanis, nempēt pertransiens
Ecclesiam aliquam, nolarum om-
nium sonitu excipiatur, sed inpri-

Y iij mis

DE SCHISMATE

festū Nativitatis, & inaugurationis suæ: qui dies sunt omnibus alijs Christi vel Sanctorum solennitatibus longè deuotiùs per vniuersum regnū obseruati. Nam & festos dies Protectors legum prescripto vtcunque tenent eosdem penè omnes, quos antiquitus celebrauit Ecclesia: iniquiores solum in festū sanctissimi Sacramenti, & in D. virginem, cuius & Assumptionis, & Nativitatis, & Conceptio- nis solennes dies prorsus abrogarunt: atque ad maiorem eiusdem sanctissime Virginis contemptum, Elizabetha huius natalem diem, solennissimè celebrant septimo Septembbris in ipso profesto beatissimè Deiparæ, cuius Nativitatē atris literis & minusculis, Elizabetha verò maiusculis & rubris in Calendario suo notant: quodque est auditū incredibilius, in summo urbis Lon-

Londinensis templo (& nescio an ali-
bi) ad complementum diurni officij,
quod olim terminabatur antiphona
ad diuam virginem, hodie dicuntur
decantari laudes Reginę Elizabethæ.

Iciuniorum quoque stata olim té-
pora, coguntur protestantes, vt cun-
que etiam nunc obseruare, licet id val-
dē illibenter faciant, cùm cōtra scrip-
tuas & libertatem euangelicam talia
præscribi clamitent. At Regina vt ea-
rum conscientijs in hac parte cōsu-
lat, publicè edicit in cuiuslibet anni
Quadragesimæ initio, non religionis,
pœnitentiæ, aut deuotionis gratia, sed
publicæ tantum rei causa hoc ipsum
mandari: nempe, vt frequentiore vſu
piscium, habeat pescatores (genus ho-
minum in insula frequens) vndē vi-
ctum quæritant, abundéntque magis
ad reliqua anni tempora carnes, & pre-
sertim in necessarium classis suæ com-

Y iiiij mca

DE SCHISMATE

meatum. Cuius maximè causa non
contenta sextæ feriæ & Sabbati absti-
nentia ordinaria, instituit quoque
Cecilianum Mercurianum, quod *Cecilianum* nunc
ieiunium. iejunium vulgus appellat, quod puto
tur *Cecilius* esse inuentum. Atque licet
hæc iejunia publica contemnitibus
mulcta non leuis indicatur: tamen
paucissimi seruant, & minimè omniū
Episcopi, ac reliquus Reginæ clerus,
quos multūm pudet iejuniorum legi-
bus fabesse. Et Reginha ipsa, cum Prin-
cipib[us] ac alijs, vbi subest causa, super
his & similibus decretis suis in scriptis
facile dispensat: dispensat etiam Ar-
chiepiscopus Cantuariensis aliquot
numis intercedentibus.

In summa, Reginha pro ea quæ illi
concessa est suprema potestate spiri-
tuali, non solum in his quæ Protesta-
tes adiaphora, id est, indifferentia vo-
cant, sed in omni fide, cultu, & do-

Elizabe-
tha dispe-
sat de ie-
unio.

ctrina

etrina, quandam præscribit isti clero ^{prescribie}
 suo normam, nec ultra citraque quic- ^{etiam nor-}
 quam audere debent: Episcopos suos ^{mam in fi-}
 ab officio fungendo cum vult, suspē- ^{de & cul-}
 dit: dat facultatem concionandi, vel ^{tu clero}
 suo modo ordinatis, veletiam merè
 laicis, & pro arbitrio identidem, qui-
 bus vult aufert: & vt ostendat in hoc
 munere meram superioritatem suam,
 aliquando è solio regio alloquitur, &
 interrupit coram amplissimo audi-
 torio, ecclesiasten suum his ferè ver-
 bis: *Domine Doctor, tu vagaris, & effutis*
multa impertinentia, recipe te ad textum,
quem nobis exponendum suscepisti. Atque
 ita domi administratur hoc tempore
 religio: nam de politia rebusque ciui-
 libus, aut de Reginæ amoribus, qui- ^{de amori by}
 busque vel domesticis, vel exteris sui ^{regum}
 potiundi spem dederit: qui in cubicu-
 lo, qui in curia, qui in cōcilio pro vici-
 bus dominantur: quām in multos *An-*
 glos

DE SCHISMATE

glos, Scotos Austriacos, Sueuos, Frácosque
Principes à primis regni sui primor-
dijs vsq; in hác dié lactauerit, quomo-
do sçpè Ordinibus vnanimi consensu
vt aliquem vel è suis vel exteris ad suc-
cessionem & securitatem in matrimo-
nium acciperet, flagitantibus, obiecto
illis virginitatis suæ proposito, vel sa-
tis fecerit, vel illuserit: quantumque &
hoc genere castitatis, qua rempubli-
cam perdidit, & hac ecclesiastica pre-
latura, qua Ecclesiam destruxit, non
tám Catholicos, quám suæ sectę ho-
mines offendat: de his, inquam, rebus
& similibus quia alterius operis & in-
stituti sunt, nihil nunc dicemus.

Illud verò, quia ad causam quam
tractamus, in primis pertinet, taceri
non debet, Reginam ac suos, consti-
tuta vtcunque in Anglia religione
ac secta ista, mox animo concepisse,
fore, vt ista rerum in Ecclesia & Repu-
blica

blica mutatione, è subditis multi gra-
uiter offenderentur : vt Papam ha-
beant rigidissimum censorem: Impe-
ratorem ac maximos Reges Christia-
nos auersos: tandemque à toto orbe
fide & communione distracti, nec à
suis tuti , nec à vicinis diu viderentur
sibi securi, ac suis proindè rationibus
nullo modo bene consultum iri , nisi
in similem calamitatem Prouincias
adiunctas, maximè Galliam , Scotiam ,
Flandriam, quàm citissimè pertrahie-
rent, Catholicosq; Principes omnes,
ita rebus ac regnis suis seruandis inten-
tos facerent, aliena curandi parum otij
haberent.

Continuò ergò, vel palam ruptis, et r. ob-
tus aduersus
vel simulatoriè tantùm seruatis omni-
bus tām veteribus quàm recentibus in iis cum
omnium
cum maximis orbis Christiani Mo-
narchis fœderibus, inierunt ad sum-
mum gentis nostrę dedecus , & suam
Regum
rebellib⁹.

æter

DE SCHISMATE

æternam infamiam , confœderationes cum cunctorum Regum istorum rebellibus , patriæ suę proditoribus, orbisque pestibus : in *Scotia* contra ferenissimam Reginam *Mariam* , cum *Iacobo Spurio*, *Mortono* ac alijs : in *Gallicia*, contra omnes tres fratres optimos ac Christianissimos Reges , cum *Admirallio*, & similibus sceleratissimi tyrannis : in *Flandria* , cum flagello Dei perditissimo *Auraico*, & huiusmodi, contra potentissimum iustissimumque *Philippum* , ut vno verbo omnia comprehendendam, præter immisum in istorum ditiones militem , depopulatos fines , interceptas urbes, raptas pecunias , pyraticas denique depredationes immensas, & vndique ad defecctionem solicitatos subditos , istius barbarę religionis peste , perdiderunt primum totam vicinam *Scotiam* , eiusque principem, in has quas nunc eam pati

pati cernimus, indignissimas miserias adduxerunt: infecerunt innumeris in florentissimis Gallijs animas, Regesque adhuc ætate immaturos, in extrema impulerunt pericula: corrupserunt postremò Belgiam penè vniuersitatem: omniumque gentium seditionis hereticis ad commune Ecclesiæ incendium amplificandum, se socios, antesignanos ac patronos dederunt, ut & aliorum Principum ac Prouinciarum infelicitate essent ipsi domi fœlices, & hæreticę suę infectionis tam latè propagato veneno, diutius in sua secta permanerent securi.

Cū hoc modo Britānia tota periret, laboraret Gallia, ac nationes septentrionales omnes periclitarentur: *Pius 4.* tanto malo consuetū Ecclesię remedium allatur⁹, magno studio sçpè anteà impeditum œcumenicum Conciliū Tridentinum, omnium penè Christia-

DE SCHISMATE

Pontifex Christianorum Principum consensu co-
duobus nunc̄s curauit. Atque Nuncium inte-
Elizabe- rim suum, qui per inferiorem Ger-
tham ad maniam, Angliam versus progrede-
monet & Anglos ad retur, mox misit, ut Elizabetham erro-
generale concilium ris admoneret. Et ne propter odium
inuitat. Pontificis, se, regnumque nobilissimum
perderet, suaderet. Ac si quidem esset,
de quo sibi propter incerta natalia ab
Ecclesia vel Pontifice, quoad ius re-
gnandi, metueret, sedis Apostolicæ
benignitate facile transfigi posse di-
ceret. Sed Nunciū nec audire voluit,
nec illi in insulam traiectionem vlo-
modo permisit.

Alterū paulò post Pontifex quoque
ne quid intentatum relinqueret, lega-
uit, qui Reginam, vt ex suis saltēm ali-
quos ad Concilium dirigeret, qui cū
Catholicis cōferrent, omni illis & se-
curitate, & disputandi libertate pro-
missa, hortaretur, sed & ipsum superbē
rc

reiecit: & pseudo-episcopi cōscij imbe-
cillitatis & ignorantiae suæ , diligen-
tissimè apud Reginam, ne ad Syno-
dum suorum quisquam mitteretur ,
institerunt.

Scripserunt quoque hoc tempore ,
ad Elizabetham , tūm alij Catholicissi-
mi Reges , tūm maximè Ferdinandus
Cæsar , quorū hic in primis amantissi-
mis eam verbis admonuit , ne Princi-
pum omnium Christianorum , ac ma-
iorum etiam suorum in fide ac reli-
gione consortium defereret , ne suum ,
ac nouorum quorundam hominum
non adeò multorum , nec doctorum
iudicium , totius Ecclesiæ sententiæ an-
teferret : aut si certum esset in illa , quā
sibi selegerat , secta persistere velle ,
nec quidquam vel summi pastoris ac
generalis Concilij iudicio , vel socio-
rum Regum Christianorum exemplo , promoueri : id saltem pro natu-

Ferdinandi
Imp. litter-
ræ ad Eli-
zabetham.

DE SCHISMATE

rxæ suæ bonitate ac clementia sibi con-
cederet, ne quidquam in illos doctri-
na ac pietate excellentes, Episcopos
Catholicos, quos vincitos tenebat,
grauius statueret, sed potius liberos
redderet, cum nec in Majestatem suam
nec in rem publicam commisissent
quidquam, sed de auita omniumque
gentium fide & communione, in qua
& nos (inquit Cæsar) sumus, tantum
accusentur. Denique ob nimis etiam
postulat, ut ipsis ceterisque Catholicis
aliquot in regno suo Ecclesiæ con-
cederet, ubi sacros conuentus, ac ca-
teros ritus Catholicæ modo perage-
rent. Sed nec hoc modo aliquid im-
perratum est, & res Anglicanæ indies
in peius labebantur.

Delibera- In Concilio vero deliberatum est de
tur de Eli Elizabetha, propter hanc intolerabilem
Elizabetha contumaciam, heretica declaranda,
excomu- quæ erat iure ipso excommunicata.
nicanda. Sed

Sed ne id tūm fieret, idem Cæsar cuius
 filium illa in summam & certam spē
 coniugij sui addux erat, à Patribus im-
 petravit, futurum esse dicens, ut saltem
 per Catholicum maritum rationibus
 suis melius consuleret. Sed & Procum
 illum sicut ceteros fecellit, & fit indies
 obstinatior, ac in Catholicos durior.

Atque hoc tempore Serenissima
 Scotorum Regina Maria, Anglorum
 hereticorum fraudulentijs, suorumq;
 inaudita pietate vexata, incarcerated, ex-
 authorata, marito orbata, deq; ipsius
 sceleratissima nece in crimen per ca-
 lumniā vocata, de fuga cogitans:
 cūm ad alios Christianos Reges faci-
 lē traijcere potuisset, atque id vt face-
 ret ab optimatibus quibusdam toga-
 retur, tamen Elizabethæ Anglorū Re-
 ginæ dulcibus literis, nuncijs, muneri-
 bus, in Angliam inuitata, præsidio etiā
 militum quo in regnū restitueretur,

*Regina Scotie
 que regi ma-
 riti suū orndit
 mryxaha o7*

*Regine
 scotie in
 Angliam,
 aduenis.
 AN. 1567.*

*Vide Burchmannū
 loge alter fruebel*

DE SCHISMA TE

promisso, non adhuc satis edocta nullam fidem humanam ijs qui Christi fidem deseruissent, habendā esse, contra suorum voluntatem in Angliam ad alios carceres aliāmque militū custodiam se recepit. Traditur autē non ita multò post ingressum, Nobilissimo Comiti *Salopiensi* seruanda, apud quem, cùm propter constantem Catholicæ fidei confessionē, durius semper tractata est: tūm maximè postremis diebus, alijs custodibus difficultib[us] cōsignata, varijs & indignis modis agitata, ac calumniis indignissimis impedita, vitam parum vitalē ducit. Cui, cùm Princeps sit, nec legibus Regibus v[er]e Anglicanis obnoxia: tamen (quòd Principibus exteris, Regumque omniū Oratoribus permittitur) ut aucto more Deum colat, Sacerdotemque habeat, qui sacram faciat, & sacramenta administret, nullo modo con-

conceditur. quare magis quam exilio
aut carcere affigitur. vbi & illud per-
mirū ac planè barbarū existit, quod,

Regina cùm sit, & omnium morta-
lium *Elizabethæ*, sanguine coniunctis-
fima, atque ab illa in regnum ita vt
commemorauimus, inuitata: nun-
quam tamen, licet id obnixissimè se-
pè postulauerit, vel in colloquium, vel
in conspectum ipsius venire hijs de-
cem & septem annis sit permissa.

Sed ad res nostras veniamus. Non
ergo ita multò post *Mariae* aduentū,
multi ex nobilitate, hærescos ac status
presentis perteti, presertim in Septen-
trionalibus regni partibus, arma ad
sui contra hæreticos & homines no-
uos defensionem, qui *Elizabetham*,
in istam adduxerunt insaniam, sum-
pserunt. Quorum priuili fuerunt an-
tiqua nobilitate clarissimi proceres,
Thomas Northubriæ, & *Carolus V* est contra regnum

DE SCHISMATE

merlandiaæ Comites. Sed reliquis Ca-
tholicis propterea quod adhuc per
Papam non erat publicè contra Regi-
nam lata excommunicationis senten-
tia , nec ab eius absoluti viderentur
obedientia, se non adiungentibus, fa-
cile Regijs copijs in vicinam Scotiam
fugati sunt. Vbi posteà Northumbrius
hecthomab.
duo menses
recepit dñe.
xij. annos fratrem.
Comitis
Northum-
briae mar-
orium.
proditus & venditus hostibus, in An-
gлиam reductus (vita si vellet religio-
nis sententiam mutare oblata) claro
martyrio Eboraci dies suos (eius, alte-
riusque Comitis asseculis vndique ad
supplicium conquisitis) fæliciter in
Domino finiuit.

Dum ista ita geruntur in Insula, ex
Initium
semina-
rū Belgii-
et Anglo-
rum. An.
1569.
studiosorum patria pulsorū reliquijs,
nonnulli Duaci in Belgio sub regimi-
ne D. Gulielmi Alani, istic tū S. Theo-
logiæ Professoris regij, in disciplinam
collegialem (exiliū, vitam , & studia
ipsorum protegēte & fouente Hispa-
nia

niarum optimo maximo rege *Philippo*) coierunt. Qui paulatim in numerosum creuerunt collegium, quod primum bonorum maximè eleemosynis, postea incredibili sedis Apostolicę beneficētia sustentatum, cùm plurimos peperit optimè institutos Sacerdotes qui ad Catholicę fidei restitutionem in patriam certis temporibus mitterentur, tūm vicissim ex patria ingenij excellentioris quosque ad orthodoxam cappessendam adueniētes, recepit. Vnde paulò post magna animorum mutatio ac religionis in Anglia mira incremēta secuta sunt. Factūmque est istud collegium ita hereticis odiosum, vt à populo Bellico tumultuante, facile *Duaco* ejici curarint. Sed postea Deo ita disponente, & Christianissimo Rege permitente, *Rhemos* concessit, vbi hodie fœliciter amplificatum varijs in Ecclesiis.

DE SCHISMATE

*Initium
collegij
Anglorū
Roma.*
An. 1579. siam studijs ac officijs claret. Cui po-
stea ad vberiores in patria fructus fa-
ciendos, sanctissimę memorię Ponti-
fex *Gregorius 13.* aliud insigne colle-
gium *Romæ* in antiquo Nationis no-
strę hospitali amplissimis donatū re-
ditibus, & patrum societatis nominis
Iesu, regimini & institutioni traditū
adiunxit. Quę duo Seminaria dede-
runt his annis supra trecentos in mes-
sem Anglicanam Presbyteros, qui
agrum ibi dominicum sacro etiam
sanguine rigarunt.

Notandū. In quo genere illud est planè stupen-
dum, & non nisi digito Dei tribuen-
dum, quod hoc tempore, cùm ad sa-
cramentum Presbyterium ne in Catholicis
quidem Prouincijs, nisi emolumenti
& honoris causa à multis adeò festi-
netur, ab istis tamen (in quibus sunt
nobilium filij, & primogeniti non
pauci) sine omni spe p̄mij, immo cū
dispen-

dispendio hæreditatis paternæ, cum certa expectatione ignominiæ, periculi, & etiam mortis, tanta animi contentionē desideretur ac suscipiatur, ut nullius damni aut dedecoris metu, nulla parentum aut carnalium amicorum dissuasione, à sancto proposito dimoueri queant.

Ac parua quidem illius *Duacensis Seminarij initia Elizabethæ Consiliarij*
Initia seminario-
rum con-
tempta ab
hereticis.
 contēpserunt. Iudicabant enim (quod & sāpē professi sunt) fore, ut iij ipsi qui in illo Collegio instituerentur, aut etiā Presbyteri fierent, vel necessitatis vel emolumenti causā, in patriam tandem redirent, beneficia acceptarent, Ecclesijsque Anglicanis secundum regni sečtam & leges inseruirent. Aut si forte quidam obstinationes id facere nollent, tamē nihil posse paucos pauperes ac extorres homines (hoc enim erat iudicium mundi) contra nouam

Z iiiij suam

DE SCHISMATE

suam Ecclesiam tantæ Principis potē-
tia , tot seueris legibus, tāta Ministro-
rum suorum diligentia , tāmque ex-
Etis vndique prēfidijs munitam atque
sustētam promouére. Sed cūm post
non multos annos , animaduertissent
passim ex Scholis, Gymnasijs, & Aca-
demijs suis adolescētes plurimos, eos-
que ingenij excellētioris ad Collegia
transmarina traieciſſe, identidēmque
iſtinc in patriam continuò Sacerdotes
remitti, qui verbo, ſcriptione, exēplo,
Sacramentorūmque ſecrēta admini-
ſtratione, Catholicæ Ecclesiæ recon-
ciliatione, & à ſchismate ac ſacrilegis
hæreticorum officijs (quibus plerique
tūm in Anglia, alioquin corde ortho-
doxi viri, metu legum ſe contamina-
uerant) auerterēt, idiſſentque ex hoc
commercio ſpirituali, magnam inſi-
nitis animis Catholicæ fidei impref-
ſionem eſſe factā, iamque rura, vrbes,

Aca

Academias, Principū ædes, ipsamque etiam Aulam plenā esse nouis Catholicis: tunc & se deceptos doluerunt, & sœuis edictis, ac quibus poterat alijs humanis consilijs ac terroribus, huic operi, quod à Deo factum interpretamur, se opposuerunt.

Regebat, eo tempore quo primum illud Seminarium institutum est, Catholicam Christi Ecclesiam, *Pius quintus*, alter planè *Phinees*, qui hereticos, Turcas, reliquosque infideles utroque gladio, zelo summo Sacerdote dignissimo, diligentissimè persecutus est. Is primus quod sciam, non solum illius Collegij alumnis, sed alijs quoque doctissimis Sacerdotibus potestate fecit eundi in Angliam, varijsque facultatibus spiritualibus ad tam pium opus promouendum necessarijs, per Breue suum Apostolicū eos impariuit, ius sitque ad tollendum schisma cæteris praæ

*Pij 5. pō-
rifificis a-
cta in Eli
zabetbā.*

DE SCHISMATE

suam Ecclesiam tantæ Principis potē-
tia, tot seueris legibus, tāta Ministero-
rum suorum diligentia, tāmque ex-
Etis vndique prēsidijs munitam atque
sustētam promouére. Sed cūm post
non multos annos, animaduertissent
passim ex Scholis, Gymnasijs, & Aca-
demijs suis adolescētes plurimos, eos
que ingenij excellētioris ad Collegia
transmarina traieciſſe, identidēmque
iſtinc in patriam continuò Sacerdotes
remitti, qui verbo, ſcriptione, exēplo,
Sacramentorūmque ſecrēta administratione,
Catholicæ Ecclesiæ reconciliacione, & à ſchismate ac sacrilegis
hæreticorum officijs (quibus plerique
tūm in Anglia, alioquin corde ortho-
doxi viri, metu legum ſe contamina-
uerant) auerterēt, idiſſentque ex hoc
commercio ſpirituali, magnam inſi-
nitis animis Catholicæ fidei impref-
ſionem eſſe factā, iamque rura, vrbes,

Aca


Academias, Principū ædes, ipsamque etiam Aulam plenā esse nouis Catholicis: tunc & se deceptos doluerunt, & sœuis edictis, ac quibus poterat alijs humanis consilijs ac terroribus, huic operi, quod à Deo factum interpretamur, se opposuerunt.

Regebat, eo tempore quo primum illud Seminarium institutum est, Catholicam Christi Ecclesiam, *Pius quintus*, alter planè *Phinees*, qui hereticos, Turcas, reliquosque infideles utroque gladio, zelo summo Sacerdote dignissimo, diligentissimè persecutus est. Is primus quod sciam, non solum illius Collegij alumnis, sed alijs quoque doctissimis Sacerdotibus potestatē fecit eundi in Angliam, varijsque facultatibus spiritualibus ad tam piuum opus promouendum necessarijs, per Breue suum Apostolicū eos impartiuit, iusque ad tollendum schisma cæteris priæ

DE SCHISMATE

præesse Alanum, Dumque hæc fuit,
eodē fortitudinis spiritu quo sanctissimum
cōtra immanissimum Christi
hostem Turcam fœdus confecerat,
Excommu-
nicatio R-
elizabethæ
per vium
s. 1570.
bellumque gloriosissimum contra eun-
dem cum Catholico Rege & alijs sta-
tibus susceperebat, in Elizabetham exco-
municationis ac depositionis senten-
tiā in hanc verborum formulam
tulit.

S.D.



S. D. N. PII PA-
PÆ V. SENTEN-
TIA DECLARATORIA
CONTRA ELIZABETH
prætensam Angliae Reginam, &
ei adhærentes hereticos.

Qua etiam declarantur absoluti omnes subditi à
iuramento fidelitatis, & quocunque
alio debito,

Et deinceps obedientes Anathema-
te illaqueantur.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad futu-
ram rei memoriam.

*Bulla apud
monasterium
anno 1570
y. y. q. 1570*

EGNANS in excelsis, cui data
est omnis in cælo, & in terra po-
testas, unam sanctam Catholica
& Apostolicam Ecclesiam, extra quam
nulla est salus, uni soli in terris, videlicet
Apostolorum Principi Petro Petrique
successori Romano Pontifici, in potesta-
tis

DE SCHISMATE

tis plenitudine tradidit gubernādam. Hunc
vnū super omnes gentes , & omnia regna
Principem constituit , qui euellat , destruat ,
dissipet , disperdat , plantet , & ædificet : ut
fidelem populum mutuæ charitatis nexu cō-
strictum , in unitate spiritus contineat , sal-
uūmque & incolumem suo exhibeat salua-
tori. Quo quidem in munere obeundo , nos
ad prædictæ Ecclesiæ gubernacula Dei be-
nignitate vocati , nullum labore intermitti-
mus , omni opera contendentes , ut ipsa vni-
tas , & Catholica religio (quam illius au-
thor ad probandam suorum fidem , & cor-
rectionem nostram , tantis procellis confli-
ctari permisit) integra conseruetur . Sed
impiorum numerus tantùm potentia inua-
luit , ut nullus iam in orbe locus sit relictus ,
quem illi pessimis doctrinis corrumpere non
tentarint : adnitente inter cæteros , Flagi-
tiorum serua Elizabeth prætensa An-
glia Regina , ad quam veluti ad asylum
omnium infestissimi profugium inuenerunt.

Hac

Hæc eadem regno occupato, supremi Ecclesiæ capitis locum in omni Anglia, eiusque præcipuam auctoritatem atque iurisdictiōnem monstrosè sibi usurpans, regnum ipsū iam tum ad fidem Catholicam & bonam frugem reductum, rursus in misérum exitium reuocauit. Usu námque veræ religio-
nis quam ab illius desertore Henrico octa-
uo olim euersam, claræ memorie Maria
Regina legitima, huius sedis præsidio repa-
rauerat, potenti manu inhibito, securisque
& amplexis hæreticorum erroribus, regiū concilium ex Anglica nobilitate confectum diremit: illudque obscuris hominibus hære-
ticis compleuit, Catholice fidei cultores op-
pressit, improbos concionatores, atque im-
pietatum ministros reposuit. Missæ sac-
rificium, Preces, Ieiunia, Ciborum dele-
ctum, Cælibatum, Ritusque Catholicos
aboleuit: Libros manifestam hæresim con-
tinentes, toto regno proponi: impia myste-
ria, & instituta ad Caluini præscriptum

DE SCHISMATE

à se suscepta, & obseruata, etiam à subditis seruari mandauit: Episcopos Ecclesiarū, Rectores, & alios Sacerdotes Catholicos, suis Ecclesijs, & beneficijs ejcere, ac de illis, & alijs rebus Ecclesiasticis, in hereticos homines disponere, déque Ecclesiæ causis decernere ausa: Prelatis, clero, & populo, ne Romanam Ecclesiam agnoscerent, néve eius præceptis, sanctionibusque Canonicis obtemperarent, interdixit: plerisque in nefarias leges suas venire, & Romani Pontificis auctoritatem atque obedientiam abiurare, séque solam in temporalibus & spiritualibus dominam agnoscere, iureiurando coëgit: pœnas & supplicia in eos, qui dicto non essent audientes, imposuit, easdemque ab ijs, qui in unitate fidei & prædicta obedientia perseuerarunt, exegit: Catholicos Antistites, & Ecclesiarum rectores in vincula coniecit; ubi multi diuturno languore & tristitia confecti, extremū vitæ diem misere finierunt. Quæ omnia cū

apud

apud omnes nationes perspicua & notiora
sint, & grauissimo quamplurimorum testi-
monio ita cōprobata, ut nullus omnino locus
excusationis, defensionis, aut tergiuersatio-
nis relinquatur: Nos multiplicantibus alijs
atque alijs super alias impietatibus, & fa-
cinioribus, & præterea fidelium persecutio-
ne, religionisque afflictione, impulsu, &
opera dictæ Elizabeth quotidie magis in-
grauescente: quoniam illius animum ita ob-
firmatum atque induratum intelligimus, vt
non modo pias Catholicorum Principum de
sanitate, & conuersione preces, monitio-
nesque contempserit, sed ne huīs quidem
sedis ad ipsam hac de causa Nuncios in An-
gлиam traijere permiserit, ad arma iustitiæ
contra eam de necessitate conuersti, dolorem
lenire non possumus, quod adducamur in
vnam animaduertere, cuius maiores de Rep.
Christiana tantopere meruere. Illius itaque
auctoritate suffulti, qui nos in hoc supremo
iustitiæ throno, licet tanto oneri impares,

DE SCHISMATE

voluit collocare, de Apostolice potestatis plenitudine declaramus praedictam Elizabeth hæreticam, & hæretorum fautricem, et que adhærentes in praedictis, anathematis sententiam incurrisse, esseque à Christi corporis unitate præcisos: Quinetiam ipsam prætenso Regni praedicti iure, necnon omni, & quocunque dominio, dignitate, priuilegioque priuatam: & item proceres, subditos, & populos dicti Regni, ac cæteros omnes, qui illi quomodocunque iurauerunt, a iuramento huiusmodi, ac omni prorsus dominij fidelitatis, & obsequij debito, perpetuo absolutos, prout nos illos præsentium auctoritate absoluimus: & priuamus eandem Elizabeth prætenso iure Regni, alisque omnibus supradictis: Præcipimusque & interdicimus uniuersis & singulis proceribus, subditis populis, & alijs praedictis, ne illi eiusve monitis, mandatis, & legibus audeant obedire: Qui secus egerint, eos simili anathematis sententia innodamus. Quia vero

verò difficile nimis esset, præsentes quoque
illis opus erit perferre, volumus ut earū ex-
empla, Notarij publici manu, & Prælati
Ecclesiastici, eiūsve curiæ sigillo obsignata,
eandem illam prorsus fidem in iudicio, &
extra illud ubique gentium faciant, quam
ipse præsentes facerent, si essent exhibitæ,
vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum
Petrum, Anno incarnationis Dominicae
millesimo quingentesimo sexagesimo nono,
Quinto Kl. Martij, Pontificatus nostri an-
no quinto.

Cæ. Glorierius,

H. Cumyn,

Propter huius Apostolici scripti pu-
blicationem ac defensionē, unus autem alter
item maiori zelo prædicti, mox
^{Persecu-}
^{tiones ob}
^{Pontificis}
^{sententias.}
Londini, vbi ipsius pseudo-episcopi
palatij valuis affixum fuit, extremum
supplicium Iæsa Maiestatis condem-

Aa nati

(61) DE SCHISMATE

nati, constanter subierunt, Catholicis
cæteris, vel quia non agnoscebant iu-
ridicè publicatum, obseruarentque vi-
cinos Principes ac prouincias Catho-
licas ab assuetis cum illa commercijs
non abstinere: vel quia paulò post,
promulgatore Pio 5. mortuo, nō scie-
bant à successore suo renouatū ac con-
firmatum: vel saltem (licet priora cau-
sarentur) propter metū, in ipsius obe-

Hæretico-
rum affli-
Etiones
post excō-
munica-
tionem.
dientia permanentibus. Hæretici ve-
rò palam, vt puerorum terriculamēta,
ista se prorsus cōtemnere simulabant,
licet reuera, rei euentum quem ex om-
ni antiquitatis memoria luctuosum
ferè esse cernebant, vehementer dubi-
tantes, dicerentur secretò Romæ per
quosdam magnos viros de sententiæ
reuocatione plurimum, sed frustra
laborasse. Sicut enim de Saule legi-
tur, quod post auditam Samuēlis sen-
tentiam, spiritus timoris ac vexationis,
fu

futor etiam & incredibile odium in
Sacerdotes Dei, perturbatum eius ani-
mum invalidit: ita etiā in ipsis contigit,
ut ex illo die nunquam animis quies-
cere potuerint, quod Ecclesię Catho-
licę semper exinde crescentis augmē-
tum non minori eos molestia affecit,
quam *Saulem Davidis* prosperitas affli-
gebat. Illud autem in primis eos male
habuit, quod hoc iudicium non ab alio
Pontifice profectum sit, quam ab eo
qui omnium bonorum calculis san-
ctissimus, & ipsorum Protestantium
opinione in optimis multorum secu-
lorum Pontificibus habebatur.

Hac Ecclesiæ contra ipsam sententia
& Catholicorum nouis incrementis
quotidianis offensa Regina conuoca-
tis ordinibus, leges valde iracundas &
cruentas contra veteris fidei cultores
promulgat, quibus primum cauetur,
ne quis ELIZABETHAM hæreticam,
Aa ij schif-

*Noue le-
ges large in
Catholicos
ann. 1571.*

L. ges. grec
 papinoes
 vnde de ren
 ditione regum
 schismatica, infidelē, usurpatricem ve, sub
 pœna capitis vocet, vel aliam quācun-
 que certam personam nominet, cui re-
 gnum vel in vita, vel post mortem ip-
 sius deberi dicatur, excepta Elizabethe
 naturali prole, ea enim sunt ipsa decreti
 verba. Deinde quia tūm primūm cœ-
 ptum est, per Presbyteros & alias per-
 sonas deuotas in regnū inferri ad Ca-
 tholicorum consolationē, varia Sym-
 bola sacra: prohibent sub pœna pecu-
 latus id est, proscriptionis bonorum
 omniū & perpetuorum vinculorum,
 ne quis afferat, acceptet, vel gestet illa
 Omnia be sacra munuscula quæ Romā ad com-
 munionis Ecclesiasticæ testificationē
 pontifice mittis solent, qualia sunt, Agnus Dei,
 cruces, imagines, calculi benedicti, aut
 alia quæcunque à Pontifice vel ipsius
 auctoritate consecrata. Bullas autem
 Brevia Apostolica, instrumenta, aut
 scripta cuiuscunque generis Romā do-
 feit

ferre, capitale statuitur. Eodemque tempore, ut Sacerdotum operas salutares impeditent, decernunt esse crimina Iesæ Maiestatis, quenquam in Sacramento Pœnitentiae ab hærefeos, aut schismatis culpa absoluere vel Ecclesiæ Romane reconciliare, aut vero absolui vel reconciliari. Quibus etiam comitijs eorum omnium qui propter religionem in exterias regiones traiicerant bona & possessiones (ne extra regnum haberent, unde se a loro) regio fisco addicuntur. In quas leges cum multi deuoti Catholici vel vere offendenterent, vel saltem calumnia legum interpretati tenerentur, alij carceribus, alij bonorum proscriptione, alij etiam morte mulctabantur, tam Sacerdotes quam viuisque sexus laici omnium ordium.

Atque inter cetera quæ hoc tempore dum Catholici innocentes rapiuntur passim ad supplicium, accide-

*Exulum
bona con-
fiscantur.
vbi sicutum*

runt; istud in ciuitate ac Vniuersitate

Miraculū Oxoniensi memorabile contigit. Cūm
enim de quodam Roulando Ginf eo, qui

pro catholica religione reus causam
dicturus comparuit, iudicium de p̄c-

cidendis ei autib⁹ (quod plebeius es-
set) ferretur, vix sententia iudex pro-

nunciauerat, cūm morbus repentinus

& exitialis Praetoriū illud vniuersum

inuadens, nec alia loca ciuitatis aut

homines attingens, ipsos indices & af-

fessores omnes, Provinciae quoq; Pre-

fectū summū, subito corripuit, duo-

decimque præterea iuratos ad hoc vi-

ros, ut pro consuetudine réum vel in-

noquitem denunciarent, sic occupa-

uit, vt isti statim, iudices verò, affesso-

res, & Praefectus prædictus, aliqui nō

post horas multas, reliqui post pau-

cos dies ad vnum omnes interierunt.

Et cum illis eodem morbo, loco, &

tempore correpti, non minus quam

quin

quingenti varijs extra urbem locis
paulò post extincti sunt.

Divisit hoc tempore in Anglia ^{Puritanorum nova secta in Anglia.}
Deus linguas hæreticorū. Noua enim ^{secta in}
rigidorum Caluinistarum secta, id ^{Anglia.}
est, Puritani, scriptis & concionibus ^{propagandam in}
^{intj calvinum}
vehementer exagitare cœperunt vul- ^{sequuntur}
gares Protestantes, eorum credendi,
colendi, gubernandique recentem re-
giām seu parlamentariam formulam,
in supra centum capitibus, ut impiā ac
superstitiosam condemnantes. Quo
hæreticorum (ut sit) bello, Catholici
indies plures constantioresque in fide ^{de j. 1588}
fiunt.

Iam verò quia de patrum societa- ^{petrum}
tis Iesu excellenti educatione, institu- ^{societatis}
tione, doctrina, multiplicique coram ^{Iesu in}
Deo & hominibus gratia sermo apud ^{Angliam}
Catholicos percrebuerat, multum- ^{ingressus,}
que eorum opera ab Anglis desidera- ^{an. 1580.}
ta esset: diligentissimè actum effe-

Aa iiiij etum

DE SCHISMATE

patru so- Etumque est (interposita quoque Pó-
 cerasis tificis maximi authoritate) apud illius
 Iesu in ordinis Superiores, vt ipsi quoque ex
 Angliam ingressus operarijs suis, præstantioribus præser-
 Anno D. 1580. tim Anglis, in messem Britannicam
 mitterent. Multi enim iam tum insi-
 gni pietate & doctrina viri, hoc exi-
 lij sui tempore illi se ordini dedicaue-
 rant. Designati ergo primi fuerunt
 R. di patres magnis Dei donis exorna-
 ti Robertus Personus & Edmundus Cam-
 pianus, atque cum his vnà, ex utroque
 Anglorum collegio aptissimi aliquot
 missi Presbyteri, qui iniunctum à Su-
 perioribus opus tanta alacritate, fide,
 & diligentia fecerunt, vt paucissimis
 mensibus domatim hortando, con-
 cionando, scribendo, sacramentaque
 ministrando, ex plebe innumeros, ex
 præcipua nobilitate variaque cogni-
 tione & doctrina clarissimos viros
 quā plurimos Ecclesiæ recōciliarint.

Ad

Aduersarij his conatibus opponūt
minacissima primū edicta, quibus
omnes Ietuitas duorumque collegio-
rum extramarinorum Presbyteros ac
alūnos omnes declarant ac decernunt
esse reos lexī Maiestatis, & variarum
in Reginam & remp. conspiracyū
authores, ac proindē mandant omni-
bus parentibus ac tutoribus, vt suos
primo quoque tempore in Regnum
reuocent: mercatoribus cæterisque
omnibus grauissima proposita pœna,
ne collegijs istis aut vllis ipsorum alū-
nis pecunias faciant, omnib[us]que in-
vniuersum, ne quis eos in domos aut
ad colloquia admittat, aut quoif-
modo iuuet. Atque hæc quidem om-
nia solius Reginæ authoritate, quæ
postea lege etiam parliamentari pro-
mulgata ac confirmata fuerunt, sicut
suo loco commemorabimus.

Et

DE SCHISMATE

Noue ite-
rum leges
in Catho-
licos.

anno 1583

et 84

Et quia iam videbant templa & cō-
uenticula hæreticorum multis locis
penè deserta, Ordinibus iterum con-
uocatis, nouam promulgant legem;
qua mulctant utriusque sexus singu-
los (modò annum decimum sex-
tum ætatis attigerint) qui recusant
adire Protestantium preces, concio-
nes, ac Ecclesias, viginti libris Angli-
canis menstruis, id est, aureis ferè sept-
tuaginta, qua immani exactione, mi-
rum in modum expilarunt postea Ca-
tholicos. Decernunt præterea in hoc
conuentu etimē esse lęsae Maiestatis,
quemquā ab ea religione quam nunc
in Anglia sectātur, quovis modo dif-
suadere aut auocare. Missam verò fa-
cientibus vel audientibus pœnam &
multam in primo regni Elizabethæ
anno constitutam duplicant, que om-
nia Catholici cōstantissimè pro Chri-
sto tulerunt. Interim ut hec cruenta
de

decreta executioni mandentur, im-
 mittunt in nobilium aliorumque or-
 thodoxorum ædes varios lictores & ex-
 ploratores qui Sacerdotes ipsorum-
 que hospites ac fautores ad carceres
 raptent, grauissimis equulei tormentis
 exerceant, bonis spolient, ac mor-
 te etiam aliquoties afficiant, magnis
 propositis præmijs, scelerumque cō-
 donatione improbissimis homini-
 bus concessa, ut Iesuitas ac Presbyte-
 ros prodant ac comprehendant. Tot
 ergo omnium ordinum in vincula
 coniunctiuntur, ut veteribus carceribus *Nouicar-*
 omnes non capientibus, nouos varijs *Ceres con-*
 locis instituunt, utque *Londini* detur *struuntur.*
 locus recens comprehēsis Presbyteris
 aliisque Catholicis, venerandi senes
 Episcopus *Lincolniensis*, Abbas *Vest-*
monasteriensis, aliq; antiquiores Con-
 fessores, in *Iabicensem* p̄stelente car-
 cerem in paludibus *Eliensis*, sitam
Antiqui
confesso-
res extin-
cti.
 re-

DE SCHISMATE

relegantur, vnde facile postea extin-
cti sunt.

Iam verò inter ceteros, per celebris
P. Capi-
nus Eliots
prodicio-
ne capi-
tur. ille *Campionus* hoc tempore proditione
falsi fratris tanquā alterius *Iscariotis*, ca-
pit, ludibrijs exponitur, cōpedibus
vincitur, quēstioniter aut quater usq;
ad luxationem ac quassationem om-
nium membrorum subiicitur. Quan-
do etiam præter plurimos de vulgo,
ex præcipua quoque nobilitate & or-
dine equestri hoc maximè prætextu,
quod *Campionum* in ædes receperint,
& ab Ecclesijs Protestantū abstinue-
rint, multos in carcères rapuerunt, iu-
dicibus simul cum furibus, ac latroni-
bus stiterunt, variisque mulctis pecu-
niarijs miserè expilarunt, in quo ge-
nere grauissima passi sunt illustris do-
minus Baro *Vauxius* D. *Thomas Tref-
famus*, D. *Gulielmus Catesbeus* & alij
per vniuersum regnum plures admi-
ra

tabili constantia, fide & pietate insig-
nes viri. Interim ut Patrem Campia-
num ac Presbyteros vincitos plausibi-
liori praetextu afficiant extremo sup-
plicio (pro sola enim Catholicæ fidei
propugnatione, quæ adeò nunc in
animis Anglorum inualuerat, tollen-
dos non iudicabant) singùt eos, mul-
ta in necem Reginæ Romæ Rhemisque
machinatos, ad cāmque rem fallios
quosdam fratres in testes ex fece ho-
minū conquirunt & subornāt, quorū
testimonij sicut non consentientibus
& apertissimè refutatis, condemnantur
ad mortem crudelissimam & tur-
pissimam, quam paulò post incredi-
bili constantia (ad Catholicorū con-
firmationem & bonorum omnium
edificationem prēclarissimè obierūt,
impotunè instantibus & vrgentibus
hæreticis, ut saltem Reginam agnos-
cerent caput Ecclesiæ, & se in ipsam
pec

DE SCHISMATE

peccasse confiterentur, vitam & veniam
si id facere vellent, offerentibus.

Primo ergo die Decembris anno
Martyria multorum praeclarissima. 1581, celebri martyrio consummati
funt, idem Reuerendus Pater *Edmundus Campianus*, & venerabiles Presbyteri,
Rodulphus Ceruinus, ac *Alexander Britanus*. Vicesimo vero Maii lequentis
An. 1582. anni, *Thomas Fordus*, *Ioannes Shertus* &
Robertus Jonsonius, & trigesimo eiusdem
mensis, *Guilielmus Philbeus*, *Lucas Kirby*,
Laurentius Richarsonus, *Thomas Cotamus*, Presbyteri sancti & docti omnes,
certamen confessionis compleuerunt. Et hi quidem omnes Londini,
vbi ante etiam sancte martyrum passi
sunt, *Ioannes Nelsonus*, anno 1578, &
Euerardus Hansius an. 1581, Sacerdotes,
& *Thomas Sherwoodus* laicus, & extra
Londinum in alijs Provincijs, *Cutbertus Maynus*, primus ex Seminarijs mar-
tyr an. 1578, & *Ioannes Paynus* an. 1582.
sin

singulari zelo præcellentes Presbyteri,
Paulò verò post, hoc est eodem anno
& sequenti simili constantia sanctas
animas Deo reddiderunt, in Ebora-
censi vrbe vita & doctrina præstantes
Presbyteri, (hoc solo nomine damna-
ti, quod Sacerdotes se agnoscerent, ac
pontificia authoritate se extra regnum
ordinatos esse cōfiterentur) *Gulielmus*
Lacius, Richardus Kirkmannus, Iacobus
Tomsonus, Gulielmus Hartus, & Richar-
dus Therlkellus. Atque non ita nuper in
VVintoniensi ciuitate Dominus Ioannes 1583
Slaidus, & D. Ioannes Bodeus honestæ 1583.
cōditionis laici, bis varijs temporibus
per sententiam iudicis, inauditō apud
Anglos exēplo, morti adiudicati sunt,
quam, paulò post fœlicissimè obie-
runt, non aliam ob causam damnati,
quām quod penes Reginam, summā
in causis Ecclesiasticis autoritatem
proximè & secundum Deum, esse
superiori

DE SCHISMATE

garunt. Eodem anno & alium laicum
Gulielmum Carterum Londini marty-
rio sustulerunt.

Dominus autem *Iacobus Laburnus*
nobilis laicus, paulò etiam vterius
*D. Labur-
ni confes.
fi.* quām sacerdotes (qui infuſſu Superi-
orum non debebant nec volebant se
reipub. & status quaſtionibus immi-
ſcere) palā negabat Reginę omnem
obedientiam (ſicut & ante iuriſcon-
ſultus *Storaeus*, *Feltonus* nobilis & *Uvo-
dosius* Presbyter , fecerant) partim
quod eius natalia illegitima eſſe dice-
ret, partim, quod eſſet *Pij quinti* pon-
tificis ſententia, prætenſo iure regnan-
di priuata. Qua de cauſa varias carce-
rum moleſtias *Carleoli*, *Londini*, *La-
ncaſtriae*, *Manceſtriaeque* perpeſſus, tandem
An. 1582. *Lancastria* ſanguinem omnibus mirè
admirantibus eius conſtantiam ac pa-
tientiam lubentißimè ac mitiſſimè
fudit.

Neque

Neque hic silentio prætereundum
est, aliquot etiam plæbeios quòd ec-
clesias, & profana Protestantium of-
ficia adire noluerant, cùm non habe-
rent vnde multam pecuniariam sol-
uerent, sententia iudicis diu ac misera-
biler per urbem *Uxingtonensem* tra-
ctos ac nudos crudeliter fuisse cæsos.

Incidit quoque Dei planè prouidentia, hoc tempore in manus perse-
cutorum *P. Gaspar Hayodus*, nam vo-
catus in Gallias ad suorum colloquiū,
cùm esset propemodū in litore Nor-
mādico, subito aduerso vento in por-
tum Anglicanū delatus a Magistratu
sistitur, *Londinum* reducitur, ac in car-
cerem compingitur, vnde post non
multos dics & varias examinationes,
ducitur ab arcis Præfecto cum aliquot
alijs vincitis Presbyteris circa id tem-
pus comprehensis, ad tribunal. Vbi
autem ventum est ad ianuam Prætorij
obnox.

Bb nouo

DE SCHISMATE

nouo exemplo, sed antiqua hæretico-
rum vereque diabolica fraude, ex im-
prouiso cæteris eum Confessoribus
subtrahunt, ac in vicinis ædibus, dum
alij caufam dicerent collocant, vt hoc
artificio simul & abesset à Collegis ille
qui doctrina & dicēdi peritia, qua plu-
rimum valuit omnibus, obiecta cri-
mina facillimè diluere potuisset, & su-
spicio daretur cùm cæteris Confessori-
bus, tūm astanti populo patrem opti-
mum, animū ac religionis sententiam
vel mutasse prorsus, vel saltem in ali-
quibus se Regię voluntati accommo-
dasse. Atque vt illud facilius ab omni-
bus crederetur, quasidā in eam rem vo-
ces arcis præfectus mox sparsisse di-
citur, eūque nō cum fodalibus ad mor-
tem iudicis sententia condemnatis, sed
per aliam secreteorem portam in car-
cerem reduxit. quo dolo malo factum
est, vt etiam boni non nihil isti Reue-
rendo

ređo patri humanitus accidisse timuerunt. Sed impiissimā fraudem ac summam sancto Confessori factam iniuriam tempus postea patefecit. Neque enim vel istorum dolosis machinatōibus nec frequenter adhibitis minis, vel alijs grauiissimis tentationibus quicquam cessit. Obtulerunt autē ei (quod ab ipsius ore postea audiui) si vel se aliquantulū accommodaret, episcopatum. Mansit autem in carcere, varijs postea a Reginæ consiliarijs, nuncijs ac literis, sed frustra, ad defectionem sollicitatus. Socij verò sacerdotes, secundum iudicium paulò ante pro tribunali illatum ad patibulū ducti, confessionem suam gloria morte lètissimè compleuerunt. Hi autem erant *Georgius Haddocus, Ioannes Mundinus, Ioannes Nutterus, Jacobus Fennus, & Thomas Emerfordus.*

Atque in alijs regni locis præser-

Bb ij im-

DE SCHISMATE

tim Lancastriæ, Eboraci & in Vallorum
finibus complures tormentis grauissi-
mis tentati, nonnulli etiam turpissima-
vel proditorum vel latronum vltimo
suppicio affecti sunt. Lancastriæ, Iaco-
an. 1584. bus Bellus Presbyter & sexagenarius, &
Ioannes Finchius laicus: in Vvallia Ri-
chardus Vitus ludimagister. Frustra ve-
rò in hoc instituto compendio com-
memorauerim, quibus de criminibus
tām crudeliter in innocētes homines
animaduersum sit, cùm omnibus con-
stet, veram solamque causam fuisse re-
ligionis autē professionem, & Apo-
stolicx sedis ac communionis contra
Ecclesie rebelles filios defensionem.
Nam cùm ceteras confictas crimina-
tiones in iudicio facile depulissent,
*Tyrannica
inquisi-
tio.* mox in ipsorum secretiores cogitatio-
nes & futura facta quibusdam captio-
sis interrogationibus super Bulla de-
claratoria Pij quinti fit inquisitio, ni-
mi

mirum, si sententiam illam legitimam
fuisse iudicent? si putent in Papæ esse
potestate reges exauthorare, ac subdi-
tos ab ipsis obediens liberos red-
dere? quid esset facturi ipsi, aut alijs in
conscientia prescriberent, si bellum à
quoquā inferatur propter religionē,
ac huius generis alia. In quibus si quid
pro Pontificia potestate, vel pruden-
tissima moderatione dixerint, conti-
nuò lēsa Maiestatis, & non religionis
rei decernuntur.

Neque verò nunc contenti hac in
Presbyteros & mediocris fortunæ or-
thodoxos artificiosa crudelitate, in ip-
sam etiam nobilitatem ac in primis re-
gni proceres quos iam magis magisq;
istius nouę scēlę falsitatem, turpitudi-
nem ac immanē crudelitatem abho-
minari obseruant, indignissimè tra-
ctare cōperunt. Et cūm in omnes ca-
tholicē affectos nobiles simul ani-

DE SCHISMA TE

maduertere non queant pro cuiusque
Aulici ac noui hominis odio & libi-
dine, nunc istos nunc alios confictis
criminationibus & calumnijs impe-
tunt. Ita Franciscum Throgmortonum ac
Edouardum Ardenum antiqua fide ac
genere prestantissimos viros aliosque
Iustum in
Carcere
hoc anno
mense Iu-
lij occide-
runt.
indigne sustulerunt. Sic Illusterrimum
Northumbrium in Anglia potentissi-
mum principem, ac insignem pietate
ac nobilitate virum Gulielmum Shelleum,
in infelices ac lethalias carceres ex-
vanissimis solum suspicionibus truse-
runt. Idem fecissent in illustrem Ba-
ronem Pagettum ac nobilem Carolum
Arundelium licet innocentissimos, nisi
fuga matura & vite & conscientijs suis
consuluisserent. Quo modo autem iam
pridem summum totius regni princi-
pem Comitem Arundeliæ Ducis Nor-
folcię (qui & ipse istorum cruentis ma-
nibus sublatus est) filium primogeni-
tum

tum ac hæredem, è fuga, propter solā conscientiam suscepta, reductum in carcerem immaniter tractent, mendacijsque ac calumnijs infamant, omnesque ipsius charissimos fratres, sorores, cognatos, affines innocentissimos homines exagitent, dicere supersedebo. Sanè præter ista quæ commemorauimus, variasque expilationes ac vexationes quas à vilissimis homuncionibus tolerare cogūtur, vel hoc nomine nobiles laïci sunt ipsis sacerdotibus infeliores, quod nec conscientiæ causa fugere, nec possessiones vēdere, nec bona sua vel vxoribus ac liberis relinquere, vel ad sui sustētationem secum transferre, sed omnia fisco, ac hæreticorum vībus ableganda sint. qua vna re nihil potest dici aut fingi seruilius ac miserabilius.

Et hanc in omnes Ordines crudelitatem dicunt sc̄ non exercere propter
 Bb iij reli

DE SCHISMATE

religionem, (sicut certe putamus pu-
tantque etiam prudentes omnes qui
iam à multis annis aduerterunt, ijs qui

Elizabe-
tha & consi-
larij nul-
lam de re-
ligione ha-
bent cu-
ram.

rerum potiuntur in Anglia, de fide,
vtcunque id prætendant, nullā curam
haberi, sed de statu suo solum esse sol-
licitos, sed ad Reginæ ac Recip. securi-
tatem quā per Catholicos indies nu-
mero ac studio in Reginam *Scotiae cre-*

Catholicon
studii in regi-
nā Scotiæ

scentes, magis magisque periclitari af-
serunt. Vndē isti noui etiam metus ac
suspitiones de *Elizabethæ* imperfectio-
ne, qui tām altè istorum animis infixi
sunt, vt pueriliter non modo homines
ac res quæ verè existunt, sed vanissima
spectra ac umbras metuunt ac insectē-
tur, adeò quidem, vt ad eam à capite
Reginæ repellendam, aut postquam
facta fuerit, vindicandam, non modo
in eos qui fecerint, sed in proximos
quosque regni hæredes inauditis asso-
ciationibus ac iuramentis contra mo-
reni

rem ac leges regni cōspirauerint, & id quidē primū priuato furoris zelo secerūt, postea cū aliqua tamē eius cōiurationis moderatione lege etiā parlamētari vt id approbaretur obtinuerunt.

Sed vt ad rem redeamus, in hac tanta in omnes omnium ordinum Catholicos sœ uitia, nonnunquām vt apud exterios principes ipsumque etiā Pontificem persecutionis immanitatē ali-
quantulum occultent, ac opinionem ^{Fraudes} _{persecu-}
moderationis ac clementiæ sibi concilient, tam fraudulenter sæpè ista dis-
pensant, vt dum vnum cruciant, ve-
xant, occidūt, alium Regia indulgen-
tia nonnunquām palām absoluunt, vt
cūm Londini est aliquod ab innocentium cede qua si lucidum interuallum
vel cessatio, tunc longè crudelissimè
in alijs regni locis sœ uitur, & dū quos-
dam ad tempus maiori libertate do-
nare videntur, alios identidem eodem
tem

DE SCHISMATE

tempore cōprehensos grauissimē crūciant. Atque vt ista calliditas horum instituto melius inseruiat, habent ferē in Principū aulis certos homines, qui huiusmodi fictæ ac fucatæ clementiæ exempla, apud rerum nostrarum imperitos inculcent, explicit, amplifacent, & infinitæ crudelitatis facinora vel extenuent vel excusent, vel aliorum quām facta videntur, interpretentur. vt s̄x p̄e videoas etiam homines non malos de istis persecutoribus Ecclesiæ multis meliora promittere.

Inierunt his ipsis diebus nouum consilium de quibusdam quos in vinculis habebant in exilium mittendis, vel quia morte ac mactatione Sacerdotum senserūt se nihil profecisse, vel quia iudicarunt hoc in primis facto, fucatæ clementiæ, cuius laudem tanto pere expetunt, pluribus in locis diuulgari posse. Sed certè neque perpetuum exi

exilium est magnum lenitatis argumentum, & ea cōditione impositum ut redire sit capitale, est per se sāeuissimum. Et Sacerdotibus Dei qui cūm Superiorum mādato, tūm suo singu-<sup>Superiorum heret
lari zelo illam sibi prouinciam vt mul-</sup>
tis ad salutem inferuant vltra suscep-
runt, debebat omnibus tormentis ac
mortibus intollerabilius censeri, & ip-
sis denique Catholicis populis, pasto-
ribus suis hoc modo orbatis, longē
tristissimum esse oportuit. Sed quo or-
dine, quoque modo in exilium acti-
fint, uno aut altero verbo commemo-
rabo, quia ipse licet indignus, huius
pro Christo qualiscunque afflictionis
inter ceteros vigīti particeps fui. simul
enim totidē Presbyteri & vnuſ * no-
bilis laicus hanc pœnam subiuimus.

Erant tum temporis omnes tām no-
uae quam veteres custodię, Confesso-
ribus plenę, & in uno castro *Martiali*

quod

* D. Hen-
ricus Or-
tonus, qui

vna cum
P. Capiano

morii ad-
judicatus

nunc post
trium an-
norū car-

ceres in
exilium
eieclus:

DE SCHISMATE

(quod nomen est carceris cuiusdam
Londini) erant pr̄ter laicos, Sacerdo-
tes plus minus triginta, remanserant
quoque in arce atque in alijs vrbis car-
ceribus ex ijs nonnulli qui cum patre
Campiano, vel paulo post ad mortem
damnati totum triennium carnificis
manum expectarant. Hos igitur non
omnes, licet in eadem damnatione

1585

ziv. mcmxvii

esse viderentur, nec solos, sed certos &
ex singulis ferè illius ciuitatis custo-

Eieclio vii dijs aliquos delegerunt (nam ex innu-
gini*i. con-*
fessorū in meris, alijs in regni locis vin&tis ne
vna naue, vnum tunc dimiserūt) Cùm ergò dics
An. 1585. à Magistratu esset illis deportandis de-
die vero
Iann. 21. signatus, datur cuiuslibet carceris pre-
fecto eorum nomina qui in exilium
erant destinati, & vt vin&tis diem pre-
scriptū denunciet mandatur, vt ita
maturè de rebus ad viam ac vitam ne-
cessarijs sibi prouiderent, nam publi-
cis sumptibus (quod à multis expe-
ctaba

Et abatur) nō nisi in naue erant alendi, sed ipsi carceribus interea cōclusi, nec ad vllius colloquium nisi custodibus p̄sentibus admissi, non multum adiumenti ad iter ac futurum exilium ferendum nancisci potuerunt, vt vel hoc nomine istud exilium desolatis hominibus calamitosissimum videri debuit. De voluntate tamen Reginæ certiores facti, quisque quod potuit fecit, vt nō nihil ad viaticum, vestium aut humorum à suis procurarent. Dies tandem venit, licet s̄ p̄e, nescio quo cōsilio, dilatus & mutatus. Ibantque ij quibus nos transportandi data sunt mandata, repentes è variorum carcerum p̄fectis eos qui designati erant ad exilium. Ducti sumus omnes ad nauem in *Thamesi* flumine propè ianuam arcis sitam, iamque condere iubemur, vbi ex nostris quidam p̄fertim, R. Pater Gaspar Hayodus

om

DE SCHISMATE

omnium nomine palam cōqueri cœpit, nos sine causa, sine crimine, ac sine iudicio planèque indemnatos non deberi patria pelli, ac profiteri nos ultra non ituros, nec patriam ac populum Catholicum qui in ea est, nostro unquam cōfensi relicturos, sed ipsorum in conspectu ad testificationem communis fidei nostræ & ipsorum, lubentissimè morituros. Patriam nostram ac salutem istorum nobis vita nostra longè chariorem esse.

Sed cùm hac ratione nihil proficeretur, literas saltem ac mandata Principis, quibus ad perpetuum exilium damnamur, inquiunt, ostendite. sed *sūma ini-*
quitas hę-
reticorū. concessum nō est, & sublati velis cum multa multorum consalutatione ac cōmiseratione in altum delati sumus. Post biduum verò, cùm iam in oceum multum processsemus, R. P. Gasparus, & alij iterum obnoxè rogarunt

runt regios ministros, ut vel tunc tandem sententiam ac literas exilij videre ac legere liceret. Victi illi, mandatum exhibuerunt, in quo cum illud legis sent nostri, *Has tales personas suis & aliorum confessionibus multarum in suam Majestatem & Remp. seditionum ac machinationum reas inuentas, omnesque vel in iudicio de ijsdem criminibus conuictas, vel propter similia in carcere detentas, licet mereantur extreum supplicium, tamen regiam clementiam mitius hac vice agere volentem, extra patriæ fines tantum deportandas, hoc presenti scripto decernere*: Hæc, inquam, cum in hanc sententiam legissent, fribiliter clamarunt vna voce omnes, se falsissimis calumnijs ac grauissima iniuria affici, cum nec ipsorum, nec socrorum Catholicorum quisquam vilium vñquam rebellionis aut in Regnam aut patriā conspiracyis crimen, vel leuissimo verbo confessi sint, & ex
ijs

DE SCHISMATE

ijis ipsis quos tūm deportabant , vnuſ
D. colin- de hac falsissima accusatione iudicio
tonus. publico fuisseſſet absoluſſus. Proinde P.
Gasparus in eam ſententiam multa lo-
cutoſſes, iterum atque iterum obſecrauit
ductoſſes ſuos, vt ad cauſam dicēdam
in Angliam reducerentur , ac publico
iudicio ſiſterētur, vel ſaltem vt ibi pro
Christo potius & innocentie ſuæ de-
fencionē iugulentur, quām vt haclu-
culenta infamia in aliena terra compa-
reant. At reſponſum eſt, id in ipſorum
potestate non eſſe , ſe mandatum re-
gium implere debere. Processimus igi-
tur vt potuimus nos inuicem confo-
lanteſſes , ac gaudenteſſes quōd hanc con-
tumeliam pro nomine Iefu, vtcunque
patienter tulerimus. ac tādem Deo iu-
uante Bononiam appulimus, vnde poſt
quām ductorib⁹ noſtriſſes valediximus
ad varias Galliæ vrbes , vt quisque ha-
bebat cōmoditatem profecti , demū
om

omnes ferè *Rhemos* pereximus. In quēcunque autem locum ad cōfratres aut Superiores nostros vénimus, reperimus eos de nobis valdē anxios. Audierant enim hæreticorū aut maleuolorum falsis rumoribus nos hoc exilium ob metum periculorum in Anglia vltra procurasse, stationem nostrā reliquisse, aut etiā quod grauius esset, aliquid hæreticis in religione cessisse. Sed cūm rem omnem ex nobis abudē intellexissent, multique nostrū se portò paratos esse dicerent, quando cunque Superioribus placeret, sine omni periculorum exceptione redire, incredibiliter lētati sunt in domino. Atque de istis nō domi trucidatis, sed ita patria pulsis, in exemplum ac argumentum clementiae Regiæ, aduersarij passim loquuntur libenter.

Et in eo persistunt atque instant tām impudenter, vt quo plures fuerint in

Cc exi

D E S C H I S M A T E

exilium detrusi, eo magis elucere putant magisque commendari apud exterias nationes præclaram istam Regiæ clementiam. Nuper igitur eadem fraude & crudelitate qua Superiores, in Galliam eiccerunt viginti duos ex *Eboracensi* & *Hullenſi* carceribus, qui omnes, *Sacerdotes* sunt, vno excepto, qui tamen est Diaconus. Hi omnes maxima ex parte, non solum vinculis & carceribus, sed & senio etiam sunt confecti. Nam alij sexaginta, alij septuaginta, alij plures annos habent, & inter eos unus est octogenarius. Multi istorum licet sint valde senes, magnam tamen etatis partem in vinculis peregerunt, ita ut reperiantur inter illos qui viginti & sex annos patientissime & constantissime tulerunt omnia illa incommoda quæ tot annorum, & talium haereticorum iniquitas incarceratis solet afferre. Paulò post, nempe

24. Septembris, non dissimili consilio
 patriæ suæ finibus excluserunt, quos ex
 diuersis carceribus in vnum eduxerat,
 alios nonnullos ad numerum 30 Sa-
 cerdotum, & cum eis duos laicos. Isto-
 modo putant se posse humanitatis, &
 clementiæ nomen obtinere. Sed quia
 hoc est valde ridiculum, & non aliud
 beneficium quam est illud latronum,
 qui gloriari solent vitam se eis dedita-
 quibus non ademerunt, idcirco verisimilius
 est, illud eos agere, ut Semina-
 rium, quod norunt esse pauperium,
 neque totalendis posse sufficere, mul-
 titudine hominum opprimant atque
 obruant. sed non est consilium contra
 Deum, Domini est terra & plenitudo psal. 23.
eius.

*Item alio-
rum 30.*

*Nota nova
regis anno 1585
in marzo*

Illud vero etiam quod paulo post
 conuocatis ordinibns ad Parliamentum,
 lege perpetua decretum est, ne quis
 quam Iesuitarum, Seminarianorum,

Cc ij Pref-

*Note 46
cradello-
res abduc-
leges in
catholicos
An. 1585.*

præbyterorum aut cuiuscunque alterius conditionis sacerdos, diaconus
 aut clericus a Romano Pontifice quomodolibet derivata authoritate, quo-
 tuis loco post Catholicæ religionis per Elizabetham abolitionem creatus,
Crudelissima legis capitula. sub pæna læsæ maiestatis conuictis
 debita, post quadragesimū a lege publicata diem, intra regnum maneat aut
 a transmarinis partibus redeat: si hoc quoque mite clemensque decretū dic
 i queat, quid possit iniquū, crudele,
 barbarum censeri, nescio. Prioribus le-
 gibus, etiam & ipsis iniquissimis, ne
 Præbiteri quicquam sacerdotalis of-
 ficij exerceant, ne Sacrificium faciant,
 ne Confessiones audiant, Ecclesiæque
 quenquam reconcilient, aut quovis-
 modo ad suam fidem inducant, satis
 exactè cautum est, sed hoc nouo edi-
 ctō sancitur, vt non solum contra le-
 ges Protestantium non committant aut
 in

in rem publicā peccent quicquam, sed
prorsus ut in regno non sint, etiamsi
nihil contra statum aut religionem in
eo stabilitam moliantur. Hoc edicto
non tantum persona quæ peccat, pu-
nitur, idque omnium pœnarum gra-
uissima, sed vniuersi hominum ordi-
nes, qui in singulis suis personis nun-
quam peccant, iniustissimè lēsæ maie-
statis condemnantur. Hac inaudita le-
ge, capitale fit, vt Anglus quisquam
Societatis Iesu ingrediatur religionē,
vel in quo quis collegio seu seminario
per Societatem vbi cunque terrarū ad-
ministrato, educetur, nisi admonitus
statim redierit in patriā, ac fidem Ca-
tholicam coram pseudoepiscopo ab-
iurare, sacramētoque præstito testari,
se omnes leges ecclesiasticas quas Re-
gina vel iam promulgauit, vel in po-
sterum ab ipsa sanciri contigerit, ob-
seruaturum. Hac lege præterea statui-

Cc iii ter

DE SCHISMA TE

tur ne pater, amicus, tutor, suorum aliquem in vlo Collegio Iesuitarum, vel Seminario versantem, pecunia aut alio subsidio quolibet adiuuet, sub poena proscriptionis omnium bonorum ac possessionum, ac etiam perpetui carceris. hac postremo lege prohibetur omnibus Reginę subditis, ne quisquā in domum recipiat, vel quoismodo adiuuet, vel etiam cognitum non prodiderit vllū in Anglia existentem aut ex alijs locis redeuntē Iesuitam, Seminarianum Sacerdotem, aliosue supra nominatos Clericos, sub poena homicidis ac furibus prescripta, id est, suspendij. Illud verò ridiculum potius quam crudele dixerim (quod tamen aduersariorum vanissimam arguit de omnibus rebus trepidationē, & summam sceleris conscientiā inquietudinem) nullum nempē Sacerdotem licet abiurauerit fidem Catholicam,

se-

secundum huius legis prescriptum, &
sectæ isti se planè adiunxerit, debere
tamen sub pœna capitis, intra decem
miliaria ubi contigerit Reginam mor-
rari, subsistere.

Hæc quotannis noua & inaudita ^{Persecu-}
placita cudunt, seuerissimèque exe- ^{tio ob li-}
quuntur, contra Christianos subditos ^{bros.}
ac ciues suos, & tamen tantam iniqui-
tatem nomine iustitiæ palliant, libris-
que æditis, Reginæ in his omnibus
summam clemētiā, ac cum iudicio
coniunctam misericordiā impijissimè
decantant: sicut & non religionis aut
cōscientiæ, sed variarum in personam
Regiam, coniurationum causa, ista ne-
cessariò fieri, antiquorū Ecclesiæ per-
secutorum more mendacissimè fin-
gunt, ut clarissimè in illo libello quem ^{ad p̄femtoꝝ}
noſtri illius fucatæ ^{angloꝝ ydita} Iustitiæ Britannicæ
buccinatori, non ita pridem opposue-
runt, luce clarissima & inuictis demō-

DE SCHISMATE

strationib⁹ cōuincitur. Qui liber licet
& quanta fieri potuit moderatione, &
non nisi aduersariorum petulantí pro-
uocatione, & solūmodo pro innocen-
tiæ nostræ defensione sit scriptus, ta-
men eum qui exemplaria in Insulam
Martyriū
Alfeldi
& sociū. intulisse dicebatur, presbyterum Ca-
tholicum, *Thomam Alfeldum*, eumque
qui disperserat, *Thomam Vvebleium ho-*
minē laicum, vita mulctauerunt, pro-
posita tamē prius cùm in patibulo es-
sent condonatione, si Pontifici renun-
ciare ac Principi assentiri vellēt: quod
cùm recusarent facere, claro Martyrio
defuncti sunt. Ita isti nō alio ferè mo-
do quām nostrorum suspendio hu-
Judicium iusmodi scriptis respondent.

cuiusdam Vedit ac legit hunc librum quidam
Reginæ non infimo apud Reginam loco con-
consiliariū siliarius mox atque est æditus, & ad
de libro amicum quendam suum, quem affe-
contra in- stitūā Bri-
tanicam, Ctu in fidem Catholicam propensum
esse

esse ante cognouerat, ita dixisse fer-
tur. Miror, cur Pontificij etiam pru-
dentiores tam pressè, apertè ac liberè,
suas Maiestatis ac magistratus, actio-
nes & edicta reuelent, refutent, inse-
ctentur, nam licet (inquit) fortassis
planè nos & in religione & in regimi-
ne erroris conuincant, tamen non de-
bent existimare quod vel hucusque
progressi, possemus cum honore &
securitate nostra resilire, vel quod tan-
ta tamque potens Princeps, humiliū
istorum hominū quibusuis demon-
strationibus, aut clamoribus pedē re-
ferre velit. Sic ille.

Atque ista quidem scimus, nec no-
stri magnam habent spem fore ut pro-
tantis ac tot peccatis iusto Dei iudicio
obdurati, priùs cedant quibuslibet
fanis sermonibus, quàm prepotenti
Excelsi manu cōterantur, tamen & il-
los qui pereunt, ne nostro vitio pe-
reant

DE SCHISMATE

vitio pereant, admonendos: & bonos,
ut in veritate & innocentia sua perma-
neant, hortandos: & reliquos ne ten-
tationibus grauissimæ perlequutionis
succumbant, præmuniendos: & de-
nique veritatis Catholicæ professionē
publicam, nullis humanis legibus aut
terroribus deserendā existiment. Nec
ignoramus eos qui oderunt *Syon* cū
à veritatis lumine arguūtur, nō solum
non meliores, sed sæpè magis furio-
sos redi, sed nec propter hoc dese-
rendum est officium, ne dum tempo-
ralis periculi rationem tantum habe-
imus, fratrum animas prodere coga-
mur. Non habebunt in nos potestatē
vllam nisi quantam Deus ad nostram
probationem, aliorumque salutem,
ad tempus illis concedit. Vidimus mi-
sericordissimū dominum Deum si-
pissimè post sanctos hos sacerdotum
conatus, cæptamque in Anglia per-

se

sequutionem, miris insuetisq; modis
Catholicos non modo certos, tam
domi in patria quam foris in exilio,
ad cedem expertitos liberasse, ac Semi-
naria ista gentis nostrae extra insulam,
tot machinis, dolis ac violentijs impe-
tita cōseruasse, sed promiscuam ac pu-
blicam omniū orthodoxorum stra-^{Robertus romes}
gem, aliquoties ab illo saeo Anglo-^{1. x. anno Ann.}
rum Aman, omni vro, etiam raptis ^{comes Le-}
catulis, crudeliore, suisq; in Puritanis-^{cesteria.}
mo ministris, feris vocibus ac minis
designatā, dexteræ suæ potentia auer-
tisse. Sicut eos vicissim in Catholicis
omnium ordinum hominibus quos
diuina prouidentia ad laudem nomi-
nis sui, ac veritatis testificationem per-
misit ab hostibus capi, vexari, spolia-
ri, incarcerari, vinciri, torqueri, occi-
di denique, experimur incredibili-
bus Dei consolationibus secundum
magnitudinē dolorum suorum latti-
ficari

DE SCHISMATE

ficari, quibus non solum ipsi gaudentes, ferunt pro nomine Christi mala temporalia omnia, sed socijs Catholicis ac pr̄sertim Presbyteris exemplo sint, constantiæ, patientiæ, ac contemptus huius seculi.

Vnde fit, ut ne nunc quidem post tot cruenta decreta, ac supplicia, Sacerdotes uspiam ab officio cesserent, didicerunt enim obedire Deo magis quam hominibus, nec timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam, hunc timere didicerunt, ac proinde mittuntur, ingrediuntur, ac gerunt se Apostolicè, & pacificè. Non veniunt ut Reginam occidant, Rempublicamve perdant, sed ut illis, vitam ac salutem, Ecclesiæque pacem, etiam morte sua conferant, sperantes sibi nunquam defuturos, Abdias, Sa-
repta

reptanas, Onesiphoros & Albanos, qui, reclamatisbus humanis legib' ac mortaliū principū iniquis mādatis, seruos immortalis Dei, ac Pastores animarū suarum fideliter colligant, vt per eos recipiantur in cetera tabernacula, quę à principibus huius seculi nec dari, nec auferri possunt.

Hactenus Deo gratias, nunquam defuerunt, neque (vti confidimus) derunt, donec transeat iniquitas, & donec ponātur omnes Principes, qui dicunt hæreditate possideamus sanctuarium Dei, sicut & Oreb & Zeb & Zebē & Salmane.

Sed de hac laica & fœminea prælatura ecclesiastica, quantásque turbas dederit, pro ratione huius instituti cōpendij, satis sit dictum, si plura deinceps mala ac monstra mundo pariat, id in posterum non tacebitur.

F I N I S.



INDEX RERVM MEMO-

R A B I L I V M.

A

- A** Dulatio, fol. 72.
Anglia sedi Apostolicæ recōciliatur, 137.
maior pars Angliæ fidei Catholicae addicta, 159.
Annæ Bolenæ mater, 14. pater, 15. habitus corporis & mentis, 16. educatio, 17. astutia, ibid. aborsus, 85. incestus cum proprio fratre, 86. adulteriu cum alijs quatuor, ibid. Hæc Viatum amabat, 10. pro meretrice passim habebatur, 22. appellatur Hacknea & mulier regia, 17. probatur esse Henrici filia, 18. ablegatur ab Aula, & iterum reuocatur, 31. fuit Lutherana, 17. Incarceratur, 86. morte propter incestum & adulterium, vna cum adulteris suis, plectitur, 87.
Anna Cleuensis quarta Henrici vxor, 92.
Antonius Bonuisius, 127.
Arthurus nubit Catharina, 2.
Aristocratia, 104.
Sex artieuli, 87.
Arma pro fide sumpta, 88. 117. 178.

B

- B** Arbara Elizabethæ inhumanitas, 178.
Brandonij rabies, 49.
Briannus factus vicarius inferni, 16.
Bucerus, 121.

C

- C** Ameracense collatum, 34.
Campadius in Angli appu

I N D E X.

- | | |
|----------------------------|----------------------------|
| appulit, 29. ad Papam | ei obreptum, 27. eius |
| scribit, ibid. adjt Regi- | penitentia, 28. causam |
| nam, 30. de causa cog- | ad se reuocat, 49. pro- |
| noscit, 34. eius excusa- | fert sententiam pro ma- |
| tio, 47. reuocatur, 50. | trimonio, & excommu- |
| Caluinistarum primi | nicat Henricum, 67. |
| ritus, 111. secundi ritus, | Clerus nouus ab Eli- |
| 112. eorum lex de matri- | zabetha creatur, 162. eo- |
| monio, 113. furtum, 126. | rum gradus, 163. forma |
| blasphemia, 145. Qui | ordinandi huius Cleri, |
| sunt ad Caluinistum | 165. ex quibus homini- |
| procluiiores, 170. | bus componitur, 167. |
| Carceres noui constru- | de eorum vestitu, 169. |
| untur, 190. | de nuptijs quamprimū |
| Catharinæ sponsalia, | cogitant, 167. |
| 2. mores & instituta, 5. | Clero multa indici- |
| mæror, 29. respōsum ad | tur, 59. |
| Legatos Papæ, 30. pro- | Concilium nouum, de |
| uocatio ad Papam, 75. | mittendis Catholicis |
| Supplicatio. ibid. humili- | in exilium, 197. |
| itas, 36. aduocati, 43. | Confessores, 23. antiqui |
| Epistola ad Henricum, | extincti, 190. |
| & mors, 85. an fuerit ab | Consistorium, 162. |
| Arthuto cognita', 43. | Couerdalli Caluinistæ |
| cum seq. qui, libros pro | insana concio, 128. |
| illa scripserunt, 55. | Cranmerus fit Archi- |
| Cæcilius, 147. | episcopus, 57. præme- |
| Clemens septimus, & | ditatum eius per iurium, |
| eius responsum, 25. de- | 58. assentatio, ibid. sen- |
| legat causam, 27. dele- | tentiā profert de diuor- |
| gatorum sententia, ibid. | tio, 71. efficitur primò, |
| eius interlocutio, 26. 33. | Henricianus, postea Lu- |
| | thera- |

I N D E X.

theranus, postremò Sa-
cramentarius, 115. incon-
stantia eius & mors, 135.

Cromuellus, 89. eius
hypocrisis, 91. & barbara
immanitas, 94. lex eius,
ibid mors, 95,

D

Disputatio cum hæ-
reticis, 121. 122.

Diuortij prima patefa-
ctio, 11. impij & indocti
diuortio fauebant, 21.

E

Edicta minacissima
contra Cathol. 189.

Edouardus Seymerus,
Regis auunculus & pro-
tector, 109. supplanta-
tur, 118. securi percuti-
tur, 131.

Edouardus sextus na-
scitur, 89. regnat, 107.
ablata sunt ab illo, ver-
bum Dei, sanctorū ima-
gines, Eucharistiae sacri-
ficium, sacra lingua, 110.
111.

P. Edmundus Cam-
pianus capitulatur, 190. eius
martyrium, 191.

Elizabetha, quæ iam

regnat nascitur, 73. illuc-
gitima pronūciatur, 68.
regnat, 145. Episcopi re-
cusant eam coniecrare,
146. suscipit iuramentū
de fidei Catholi. defen-
sione, ibid. delegat spiri-
tualem iurisdictionem
laicis, 150. omnes Ec-
clesiasticas possessiones
proprijs vīibus addicit,
152. Tacita nuptiarum
spem multis facit, 154.
cletum visitat, 160. cle-
rum nouum creat, 162.
est serua flagitorū, 182.
se facit supremū Eccle-
siæ caput, 183. habet na-
turem prolem, 186. di-
spensat de ieiunio, 172.
præscribit normam in fi-
de clero, 173. fœdus init-
cum omnibus regū re-
bellibus, 174. delibera-
tur in Concilio Trid. de
illa excōmunicāda, 177.
Eius iactantia, 163. hy-
pocrisis & mendacium,
164. vafricies, 170. natu-
ritatis eius festum cele-
brius omnibus Christi
festis, 171. barbara eius
in

I N D E X.

in Reginam Scotiae in-
humanitas, 178. depri-
vatio & excommunica-
tio eius, 182. consiliarij
eius, nullam de religio-
ne habent curam, 196.

Elstoni Franciscani
preclarū responsū, 75.
Episcoporum nomina
& numerus qui mortui
sunt in vinculis, 157.
Episcopi parlamenta-
tij, 166. sunt lupi, 167.
Excusatio h̄eretici iam
victi, 122.
Excomunicatio Hen-
rici octauī, 67. & Eliza-
bethæ, 182.
Exules ob fidem, 124.
158. 198. 201. 202.

Eorum bona confis-
cantur, 187.

F

Facinus non immi-
tandum, 161.
Ferdinandi imperat. li-
teræ ad Elizabethā, 177.
Foxius, 21.
Frāscus Engelfild, 133.
Fraus legislatorum de-
tegitur, 148.

G

Allorum sermo-
nes, 17.

P. Gasparis Haynodi
apprehensio, & circa il-
lum acta, 193.

Gilbertus Leuerius
multa pro religione pa-
titur, 130.

H

Enrici octauī nu-
uptiæ cum Catha-
rina, 4. luxuria, 5. dissi-
mulatio, 13. amor cæcus,
19. heſitatio, 22. spes, 23.
mendacium, 24. 60. iu-
ramentum, 30. oratio in
indicio, 35. hypocrisy,
50. 65. largitio, 53. occul-
tae cum Anna Bolena
nuptiæ, 60. excommu-
cacio, 68. nuptiæ in vi-
gilia Paschatis, 73. uxori-
res adulteræ, 98. dolus
& fraus, 100. studia, 102.
ebrietas, 103. abdomen,
105. desperatio, ibid. li-
beri, ibid. Thomā Mo-
rum ad suas partes tra-
here cupit, 22. pertette-
facit Papam, 24. iudices
petit, ibid. vult fratrem
nubere sorori, 32. lega-

Dd torum

INDEX.

- torum eius petitio & mi-
 nax, 33. a Deo derelinqui-
 tur, 57. proxima die
 post vxoris morte nu-
 bit alteri, 87. tentat ec-
 clesiae reconciliari, 97.
 adorat Eucharistiā, 103.
Henricus Ortonus, 198.
 Hæretici vercipelles,
 164. dissentunt, ibid.
 comburuntur, 165. eo-
 rum afflictiones post
 excōmunicationem, 185
 eorum summa iniqui-
 tas, 199.
 Hiberni Catholici,
 162.
 Hopetus Calvinista,
 128.
 I
Ieunium Anglicanū,
 172. ieunium Cecili-
 anum, ibid.
 Ioannis Roffensis ora-
 tio ad iudices, 45. fit
 Cardinalis, 78. marty-
 rium 79.
 Ioannes Dudley, 118.
 fœdisfragus, & Comitis
 Leicestrensis pater, 119.
 eius astutia, & ambitio,
 131. mors, & poeniten-
 tia, 133.
 Ioliffus, 127.
 Inhumanitas Eliza-
 bethæ, 178.
 Inquisitio tyrannica,
 194.
 Iudicum iniquitas, 46.
 Iuditium cuiusdā con-
 siliarij Elizabethæ de li-
 bro contra Iustitiā Bri-
 tannicam, 204.
 Iustitia Dei, 108. 131.
 L
Laici soli de fide de-
 cernunt, 153.
 Latimerus, 115. eius
 Apostolatus, 116.
 Libri pro, & contra di-
 uortium, 21. pro matri-
 monio Catharinæ, 46.
 Libri à Catholicis An-
 glis contra hæresim scri-
 pti, 158.
 Lis clero indicta, 59.
 Leicestrensis Comes &
 eius crudelitas, 206.
 Lex nuptiarum, 93. lex
 noua, 98. de potestate
 Regia in clerum, 149. de
 eligendis vxoribus Pres-
 byterorū, 168. leges no-
 ua latæ in Catholicos,
 186.

I N D E X.

186. 189. leges nouæ & crudeliores prioribus, 202.
 D. Laburni confessio & Martyrium, 192.
 M
Maria Henrici occisi filia nascitur, 4. eius sponsalia, 7. educatione, 5. quinque principes eius nuptias expectunt, 6. regnat, 133. Victoria & gesta eius, 134. Mariæ Reginæ Scotiæ in Angliam aduentus, 177. barbara Elizabethæ erga eam inhumanitas, 178.
 Maria Bolena, 15. fit Henrici concubina, 17. inuidia eius in Annam sororem, 22. Marcus Constantius, 123.
 Margareta Mori filia, 82.
 Martyriū matris Card. Poli, 96. item multorum Sacerdotum, 191. Missam audientibus, vel facientibus, mulcta indicitur, 157.
- Miraculum, 84. 124.
 187 Monasteriorum visitationis, 84. & eorum euer- descriptio, 99.
 90. Monachorum ac sacerdotum coiugia, 120.
 Mulcta, 161.
- N
Northumbriæ Comitis Martyrium, 178. alterius Northumbriæ comitis incarcera-
 tio, & imperfectio, 195.
- O
Oratio legati Czarsis, 28. item Tarbiensis Episcopi, 11. Oxonia Henrico refragatur, 52.
- P
Papa, 75. illi abre-
 punciat, 76. duo-
 bus nuncijs admonet Elizabetham, 175. An-
 glos ad generale concilium inuitat, ibid. omnia ab illo benedicta prohibentur, 186.
 Parasiti, 104.
 Pecunia pretium ini-
 nutum, 125.
- Dd ij Perle

I N D E X.

- | | |
|--|---|
| P ersecutio, 73. 74. 75.
89. 93. persecutiones ob
Pōtificis sententiā con-
tra Elizabetham, 185. ob
libros cōtra hæresim &
hæreticos scriptos, 204.
P ersecutorum ingens
sœuria, 190. fraudes,
197.
P etrus Martyr, 121. fit
Caluinista, ibid.
P ijs. acta in Elizabe-
tham, 181.
P lebei virgis cæsi, 193.
P olus Archiepiscopa-
tum respuit, 57. fit Car-
dinalis, 124.
P oineti Caluinistæ ad-
dulterium, 127.
P rælati Reginales, 166.
P resbyterorū filij, sunt
bastardi, secundum ho-
diernas leges Anglicana-
nas, 169. eorum vxores
ab omnibus cōtemnun-
tur, ib. Presbyteri schis-
matici, uno eodemque
dic, & Missam & cœnam
peragunt, 161.
P rocerum vexatio, 195.
P rotestantium Syna-
goga, 67. | P uritanorum noua se-
cta, 183.
R es stupenda, 65.
R omanæ Ecclesiæ
splendor, 70.
S Acilegij pœna, 98.
S æuitū in cœlites, 91.
S chismatis prima ini-
tia, 9. progressus, ibid.
S chisma proclamatū, 69.
S chismatici iuramenti
forma, 147. postea cor-
rigitur, 149. Principes
laici ab hoc iuramento
excipiuntur, 156.
S eminarij Anglorum
initiū, 178. 179. initia ab
hæreticis contépta, 180.
S enatus Regij studia, 95.
S eniores, 162.
S tephanus Gardine-
rus, 17. legatus ad Papā
& legationis capita, 24.
factus Vintoniæsis Epif-
copus, 52.
S upremi capitilis titul',
à quo fundamento, 59.
T Arbiensis Episco-
pi oratio, 11.
T ho |
|--|---|

INDEX.

Thomas Arundellius,	vitiauit,	19.
120.	Templa multa per aliquot menses in Anglia clausa,	160.
Thomas Bolentis cōfiteretur Annam Bolenā esse Henrici filiam,	Theſauri quantitas ex	92.
18.	sacris locis cortata,	
S. Thomæ Cantuariensis peccatum,	V	
92.	V Arami Archiepiscopi Cantuariensis	
Thomas Morus,	moris,	57.
Cancellarius factus,	Visitatio Monasteriorum & eorū euersio,	84.
mūdus illi carcere,	Volsæi mores, Ecclesiasticæ dignitates,	
74. ei laudes,	ibid. legatio,	14.
78. tentatur ab uxore,	reditus,	20.
80. responderet sapienter,	fluctuatio,	23.
facete, grauiter,	confessio	
acutè, ibid. scribit multos libros in carcere,	& adulatio,	51.
ib.	mors & vox p̄enitentis,	56.
cōſilium eius,	Ambiat sumnum Pontificatum,	8.
81. redditationem fidei suæ,	Caroli s. erga eum obſeruātia,	ibid.
82.	ſp̄oliatur,	52.
Martyrium eius, ibid.		
Thomæ Seimeri hiſtoria,		
116.		
Thomas Viatus Annam, Elizabethæ matrē		

NOMINA EORVM QVI PRO DEFENSione primatus Romanae Ecclesiae, per martyrium extinti sunt, sub Henrico octavo Anglie Rege.

Anno 1535.	Gulielmus Exmenus.
Oannes Hugheonus.	Sebastianus Nudigatus, Caribupani Monachi.
Robertus Laurentinus.	D. Raynoldus, ordinis S. Brigittæ, & S. Theolog. Doctor.
Augustinus Websterus, Cartuſianorum Piores.	Ioannes Hallus, Presbyter.
Hampbredus Midelmorus.	Dd iij Ioan

<i>Ioannes Roffensis, Cardinalis.</i>	<i>Ioannes Ruggus, Presbyter.</i>
<i>Thomas Morus, paulo ante An-</i>	<i>Gulielmus Onionus, Presbyter,</i>
<i>glia Cancellarius.</i>	<i>Anno 1539.</i>
<i>Anno 1537.</i>	<i>Thomas Abellus, Presbyter.</i>
<i>Antonius Borbus, Frāescanus</i>	<i>Edouardus Pouellus, Presb.</i>
<i>in carcere strangulatus.</i>	<i>Richardus Fetherstonus.</i>
<i>Circa quod tempus, perierunt</i>	<i>Prior Dancastrensis.</i>
<i>media & carceris squalore,</i>	<i>Egidius Heronus nobilis.</i>
<i>32 Franciscani, & nouem</i>	<i>Monachus Vestmonasteriensis.</i>
<i>Caribusiani Monachi.</i>	<i>Clemens Philpotus.</i>
<i>Ioannes Rochesterus.</i>	<i>Iauuies Carew,</i>
<i>Iacobus Varnettus, Carthus.</i>	<i>Franciscanus quidam.</i>
<i>Anno 1538.</i>	<i>Ioannes Crofius.</i>
<i>Forrestus, Frāescanus, qui fuit</i>	<i>Anno 1541.</i>
<i>simil & suspensus & com-</i>	<i>Gulielmus Hornus Cartibus.</i>
<i>bustus.</i>	<i>Anno 1543.</i>
<i>Ioannes Becke, Abbas Colce-</i>	<i>Germanus Gardinerus.</i>
<i>streensis.</i>	<i>Ioannes Larcus, Presbyter.</i>
<i>Hugo Ferendonus, Abbas Re-</i>	<i>Iacobus Singleronus.</i>
<i>dicensis.</i>	<i>Gulielmus Asbius.</i>
<i>Gulielmus Vobytus, Abbas</i>	<i>Ioannes Risbeus,</i>
<i>Glaissenbriensis.</i>	<i>Thomas Ricus.</i>

**NOMINA MARTYRVM, QVI
SVB ELIZABETHA DICTI HENRICI
filia, pro Catholicā fidei defensione, gloriose
mortui sunt.**

<i>Anno 1570.</i>	<i>primus Seminariorū martyris.</i>
<i>Ioannes Feltonus, nobilis.</i>	<i>Anno 1578.</i>
<i>Anno 1571.</i>	<i>Ioannes Nelsonus, Presbyter.</i>
<i>Ioannes Storius, I. C. Doctor.</i>	<i>Thomas Sherwoodus, laicus.</i>
<i>Thomas Perceus, Northum-</i>	<i>1581.</i>
<i>brita Comes.</i>	
<i>Anno 1573.</i>	<i>Euerardus Hansens, Presb.</i>
<i>Thomas Vrothofus, Presb.</i>	<i>P. Edmundus Campianus, ex</i>
<i>Anno 1577.</i>	<i>societate Iesu Presbyter.</i>
<i>Cuthbertus Mainus, Presb.</i>	<i>Rodolphus Sherwinus, Presb.</i>
	<i>Alexander Briantus, Presb.</i>
	<i>Anno 1589.</i>

Anno 1582.
Ioannes Painus, Presbyter.
Thomas Fordus, Presbyter.
Ioannes Shertus, Presb.
Robertus Ionsonus, Presbyter.
Gulielmus Philberius, Presb.
Lucas Kirberius, Presbyter.
Laurentius Ionsonus, alias Ri-
chardsonus, presbyter.
Thomas Coramus, nonius so-
cietas Iesu & Presbyter.
Jacobus Tompsonus, Presbyter.
Gulielmus Laciis, nobilis &
Presbyter.
Richardus Kirkemanus, Presb.
Gulielmus Harius, Presbyter.
Richardus Thirkellus, Presb.

Jacobus Laburnus, nobilis.
Anno 1583.
Gulielmus Cartenus, laicus.
Ioannes Bodens, I. V. studiosus.
Ioannes Sladus, studiosus.
Anno 1584.
Georgius Haddockus, presb.
Thomas Emerfordus, Presb.
Jacobus Fennus, Presb.
Ioannes Nisterus, Presb.
Ioannes Mundinus, Presb.
Jacobus Bellus, Presbyter.
Ioannes Finchius, laicus.
Anno 1585.
Thomas Alfeldus, Presbyter.
Richardus Virtus, judicis
Thomas Vrebleius, laicus.

NOMINA EPISCOPORVM QVI
in carcere vel in exilio pro eadem causa
mortui sunt.

Nicolaus Herbus, Archi-
episcopus Eboracensis &
Cancellarius.
Edmundus Bonerius, Londi-
nensis.
Ioannes Virtus, Vintoniensis.
Cuthbertus Tunstallus, Dun-
elmensis.
Ogolthropus, Carliolensis.
Richardus Patens, Vigorniensis.
Radulphus Baynus, Lichfil-
densis.
Thomas Thurlebeius, Elensis.
Ioannes Polus, Petroburicensis.
Burnus, Barboniensis.

Cuthbertus Scocens, Cestriensis
Thomas Watsonus, Lincoln-
ensis.
Troubielfieldus, Exoniensis.
Thomas Golduellus, Assa-
phensis.
His addi possunt.
Ioannes Feenamus, Abbas
Vestmonasterij.
Catherina Palmera, monialis
S. Brigittae, Priorissa.
Elizabesha Cresnera, monia-
lum S. Dominici, Priorissa.
Item decem Cathedralium Ec-
clesiarum Decani, & rotidem

1520200
OCN 1268209584

Archidiaconi, & infinitus
penè numerus omnium Ordinū
atatum atque sexuum, qui vel | domi per carceres, vel foris per
exilium, extinti atque con-
sumpti sunt.

Errores in hunc modum corriguntur.

Folio	error	correctio.
7. b	irrep̄isse	irrep̄isset
34. a	pruari	priuari
52. a	relegatur	relegatur
53. b	aliarum	aliorum
54. b	questi	questi
96. a	Tertulianus	Tertullianus
69. b	sequabantur	sequabantur
ibid.	seperauit	separavit
93. a	nuptæ	nupta
110. a	Missa	Missa
113. b	legerat	legerant
116. a	pareretur	pateretur
121. a	De Eucharistiz	De Eucharistia
122. a	exhibitionibus	exhibitionibus
136. b	orationi	oratione
138. b	Regnum	Regum
Ibid.	summo Pape	sanctissimo
ibid.	sacrum	sacram
139. b	vt	&
140. a	vlla	vlo
150. b	stabilitatam	stabilitatem
152. a	esse	esset
162. b	Zuングliorum	Zuングlianorum
171. a	quæritant	quærinent
195. b	læthalas	læthales

FINIS.